This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HN 5WX7 V

Digitized by Google

(26)

This book belonged to
A. KINGSLEY PORTER
1883-1933

Φρενῶν
ἔλαχε καρπὸν
ἀμώμητον

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA DELLA SOCIETÀ STORICA SUBALPINA

DIRETTA DA FERDINANDO GABOTTO

XXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA DELLA SOCIETÀ STORICA SUBALPINA
DIRETTA DA FERDINANDO GABOTTO
XXVI

STUDI E DOCUMENTI DI STORIA ASTIGIANA
PUBLICATI A SPESE DEL MUNICIPIO DI ASTI
III.

GIUSEPPE ASSANDRIA

IL LIBRO VERDE DELLA CHIESA D'ASTI

VOL. II.

PINEROLO

TIPOGRAFIA CHIANTORE-MASCARELLI
1907

Corpus Chart. Italiae, XVII.

Digitized by Google

KG 12710 (26)

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Digitized by Google

CLI (1). [4 luglio 1282].

MONTIS REGALIS.

Mandatum.

Jn Nomine domini nostri yhesu (2) xpisti. Anno a. natiuitate. Eius Millesimo. ducentesimo. octuagesimo secundo. Jndicione decima. die quarto Julij. Actum Apud Castrum Vici coram testibus infrascriptis. dominus Conradus dei gratia Astensis Episcopus. fecit constituit et ordinauit. suum certum nuncium et procuratorem. dominum Sismondum mazochum. ibi presentem et mandatum. suscipientem. ad admonendum. dicendum et denunciandum et inhibendum consulibus. loci montisregalis. quod nullo modo se intromittant. de placitis reseruatis domino episcopo et Ecclesie Astensi et nuncijs suis. secundum. quod continetur in carta pactionum quas Ecclesia Astensis habet cum hominibus montis. sed. libere permittant. vicarium domini episcopi uel nuncium. suum (*sic*) quem ad hec constituere voluerit. Cognitionem predictorum. placitorum Alioquin ipse dominus episcopus. procedet contra ipsos consules et Comune et homines montis. ut posset et deberet de iure Et Ad omnia Alia et singula facienda que in predictis fuerint opportuna. promittendo ipse dominus Episcopus predicto procuratori suo et michi Lafrancho notario infrascripto. stipulanti nomine omnium quorum interest se omni tempore habere et tenere. rata et firma ea omnia et singula que dictus procurator fecerit in predictis et non contravenire. aliqua occaxione. seu modo. Sub obligatione bonorum omnium episcopatus Astensis. que proinde predicto procuratori

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 65 *r.* — C. Ediz. in Grassi, II, 106, doc. LIV.

(2) yhesu *nel L. V. è scritto* ypu̅.

Digitized by Google

suo et michi Lafranco notario infrascripto. stipulantl predicto nomine. pignori obligauit. Testes Anthonius carcagnus et dominus Jacobus Archipresbiter plebis canalium.

(S. T.) Ego francischus de flochis. Jmperiali Auctoritate notarius publicus ex comissione michi facta. per Stephanum de ognatis. Judicem potestatis Astensis. ad instanciam et requisitionem venerabilis. patris domini G[uidonis]. dei gracia Astensis Episcopi hanc cartam Abreuiatam et. non cancellatam in protocollo seu cartulario lanfranchi de flochis notarij condam. de dicto protocollo seu cartulario et sicut in eo continebatur nichil Addens uel minuens quod mutet. sensum neque verba. traxi et in publicam formam reddegi et me subscripsi ut perpetuam faciat fidem et vim et robur obtineat. publici instrumenti.

CLII (1). [11 e 13 novembre 1285].

MONTIS REGALIS.

Mandatum Consilij Montis regalis

De obseruandis conuentionibus

cum Reuerendissimo Domino Episcopo Astensi factis.

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo. octuagesimo quinto. Jndicione terciadecima. die vndecimo mensis. nouembris. Venerabilis pater. dominus Obertus dei gracia episcopus Astensis. nomine suo et Astensis Ecclesie. fecit constituit et ordinauit. dominum Vbertum de Castronouo et dominum Arduinum de gorzano. presentes et quemlibet eorum in solidum. suos certos nuncios Actores et procuratores. ad proponendum dicendum. monendum et denunciandum. omnia et Singula infrascripta et inferius denotata. Coram consulibus. iudice et consilio. montisregalis et ipsis consulibus. iudici et conscilio eorum nomine et omnium hominum comunis. siue vniuersitatis. Montisregalis et omnia alia (2) et singula que ipsis videbuntur. vtilia et neccessaria. ipsi domino Episcopo et Ecclesie Astensi. promittendo eisdem procuratoribus. stipulantibus eorum nomine et michi notario. stipulanti vice et nomine. omnium quorum inter est et interesse posset. ratum et firmum habere. perpetuo et tenere quicquid per ipsos uel eorum Alterum. factum fuerit. procuratum dictum et denunciatum ac si per ipsum factum fuerit. dictum et denunciatum. Sub obligatione bonorum episcopatus Astensis. que proinde pignori obligauit. predictis. procura-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 65 *r*. — C. Ediz. in Grassi, II, 108, doc. LVII, e 109, doc. LVIII.

Digitized by Google

toribus et michi notario. stipulantibus. nominibus quibus. supra. Actum. Baennis in Castro. presentibus testibus philippo de vlisengo. domino Bertramo auocato et. Guillelmo de pino. Et Ego Guillelmus de Milano. Jmperiali Auctoritate notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi. Eodem uero Anno mense et indicione. die terciodecimo mensis nouembris. Jn pleno consilio montisregalis. more solito uoce preconis et sono campane. congregato. dominus Vbertus de Castronouo et dominus Arduinus de gorzano. procuratores et nuncij domini Oberti. dei gracia. episcopi Astensis. nomine et uice ipsius domini episcopi. et Ecclesie dixerunt. et proposuerunt. (3) Requisiuerunt. et denunciauerunt dominis. Johanni turcho. Judici. Bonifacio de bozolasco. Guillelmo burgensi. et guillelmo. dicto berrane Brexano dictis consulibus. montisregalis. et omnibus de dicto conscilio eorum nomine. et uice. et nomine comunis. et vniuersitatis montisregalis quod ipsi debeant Attendere. et obseruare. dicto. domino Episcopo et Ecclesie Astensi. pacta et conuentiones. que ipsi siue dictum comune habent cum eodem domino episcopo et Ecclesia Astensi. tam super facto. regiminis dicti loci quam super Alijs pactis et conuentionibus que habet cum eis. Et quod si uolunt habere potestatem paratus est eam sibi bonam et sufficientem dare. Et si volunt se regere. per consules. debeant illos eligere cum eius conscilio et uoluntate. iuxta pacta et conuentiones. predictas. Et quod omnia capitula que fecerunt. contra iura et libertatem astensis Ecclesie debeant abradere de capitularijs comunis montis Et cum ipsi ad presens. elegissent. predictos qui dicuntur consules et se Appellant sine consilio et uoluntate dicti domini Episcopi et sine eius requisitione non reputabat. eos consules. nec pro consulibus. eos habebat. nec tenebat. Et preceperunt. Eis. quod non intromitterent se de regimine dicti loci. Et illis de consilio. nomine suo et comunis. et vniuersitatis montisregalis preceperunt quod eis. non obediant. ut consulibus uel rectoribus. Et quod non se intromittant de iurisdictione. que spectat ad dominum Episcopum. quoniam locus montisregalis. regitur. per consules. videlicet de cognitione. causarum spectantium ad ipsum dominum episcopum que exceptantur et declarantur. in instrumento consuetudinum vici sub pena fidelitatis et feudi et uinculo. prestiti. Juramenti. Et eciam sub pena excomunicationis. et interdicti et qualibet Alia pena quam imponere posset eis. Actum in monteregali. presentibus testibus rogatis. Jacobo tricolo. oddone biglono. Jacobo rubeo. Jacobo de burgo et Jacobo de romanisio. Et Ego Guillelmus de milano. Jmperiali. Auctoritate notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi: —

---

(2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) F. 65 *v.*

Digitized by Google

CLIII (1). [14 maggio 1293].

MONTIS REGALIS.

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo. Nonagesimo tercio. Jndicione sexta. die quartodecimo mensis madij. Venerabilis pater dominus Obertus dei gracia episcopus Astensis. nomine suo et Astensis Ecclesie. volens prouidere. comuni et hominibus montisregalis. de futuro regimine Anni uenturi. dedit traddidit et concessit. potestariam montis. regalis subsequentem. post Exitum regiminis domini. Beraldi de Solario. tunc potestatis. Eiusdem loci. domino Vberto palido concedens sibi Absenti et tamquam presenti. dictum regimen. et que ad ipsum pertinent. cum salario solito. potestarie predicte. Actum. Baennis in Castro Episcopali. presentibus testibus rogatis. parpalia de riuilasco et Raynaldo de castrovillano. Et Ego Guillelmus de milano. Jmperiali Auctoritate notarius. interfui et rogatus hanc cartam. scripsi.

Jn Nomine domini amen Anno. natiuitatis eiusdem. Millesimo Trecentesimo. quinquagesimo quarto. Jndicione septima die x° mensis madij Suprascripta Exempla siue transcripta. per me Nicholinum de corgnato. notarium. sumpta. ex Autenticis instrumentis scriptis manibus. notariorum in ipsis ut supra descriptorum venerabili et Sapienti viro domino Guillelmo de bruxatis. Juris utriusque. perito. Reuerendi in xpisto patris et domini. domini. Baldrachi. dei et Apostolice. sedis. gracia. Episcopi Astensis vicario generali. insinuata et presentata fuerunt Et postmodum in presencia ipsius per me ipsum notarium et Alios infrascriptos notarios diligenter. lecta et Abscultata Et quia ipse dominus vicarius. vtraque. per ordinem. concordare. inuenit. ut eisdem exemplis. siue transcriptis adhibeatur. de cetero per quoslibet. plena fides. suam et Astensis. Ecclesie auctoritatem. interposuit et decretum. Actum in Castro. Baennarum. presentibus. Andreono de Sancta Victoria canonico. Sancte marie. de vineis in. Janua et fredelico de bastita. testibus uocatis. et rogatis:)

(S. T.) Et Ego Johannes de gabiono de vignali. publicus Jmperiali auctoritate notarius. Suprascripta exempla siue transscripta vna(a) cum Nicolino de corgnato notario de baennis inferioribus. et Guillelmo cuniberto notario dicti loci ad auctentica instrumenta siue transcripta Scripta manibus notariorum. in ipsis descriptorum. coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter as(s)cultaui. Et quia vtraque concordare inueni de ipsius domini vicarij Mandato in Eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i Et Signo meo signaui consueto.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta vna cum dictis Nicolino notario infrascripto et Johanne notario suprascripto Ad Auten-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 65 *v*. — C. Ediz. in Grassi, II, 110, doc. lx.

Digitized by Google

tica instrumenta scripta manibus notariorum in ipsis descriptorum coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter Ascultaui Et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus de corgnato de Baennis. inferioribus. Astensis diocesis. publicus Jmperiali auctoritate notarius. hec Exempla siue transcripta. ex autenticis instrumentis. scriptis manibus notariorum ut supra in ipsis descriptorum fideliter sumpsi. Et postmodum in. presencia prefati domini vicarij inspicientis vna cum Johanne de gabiono. et Guillelmo. cuniberto. notarijs antedictis. diligenter. examinaui et Ascultaui. Et quia vtraque. per ordinem concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato. in eorum exemplorum plenam fidem et testimonium. me subscripsi et signo meo consueto signaui :)

CLIV (1). [13 luglio 1294].

MONTIS REGALIS.

Reuocatio electionis facta per electos Montisregalis.

(S. T.) Anno domini. Millesimo ducentesimo. Nonagesimo quarto Jndicione septima. die terciodecimo. Julii Congregato Capitulo Ecclesie Astensis. more solito in secrestia. Eiusdem Ecclesie. quorum de capitulo. nomina qui tunc Erant residentes inferius denotantur Dominus Thomas garbenna. Sindicus et procurator comunis montisregalis ut patet. publico instrumento facto manu Guillelmi de vasco. notarij Anno domini M°CCLXXXXIIJ.° Jndicione sexta. die veneris. XJ. decembris Et dominus Nicholinus brexanus. Ambaxator comunis. montisregalis. nomine dicti comunis. Constituti in dicto capitulo et Coram domino Arnaldo. de platea preposito. et domino Vberto de corsembraudo Archipresbitero et. domino Ottone garreto. canonicis Astensibus et vicarijs Episcopatus. sede episcopali vacante. tunc tractantes ibidem de potestate ponendo. in loco predicto montisregalis et videntes et discernentes dominum Ansermum berrutum nouiter assumptum. pro potestate dicti loci. non esse legiptime constitutum. nec secundum. pacta et conuentiones olim factas. super facto. potestarie. dicti loci. sed pocius Assumptum esse contra dicta. pacta. volentes satisfacere dictis vicarijs et capitulo et secundum pacta supradicta. potestatem habere et se regere per. potestatem. isto futuro Anno dandum per ipsos vicarios. et capitulum iuxta. formam dictorum pactorum. cassauerunt et irritauerunt formam et processum habitum per comune. et homines siue. consi-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 66 *r.* — C. Ediz. in Grassi, II, 110, doc. LXI e 111, doc. LXII.

Digitized by Google

lium. montisregalis. in Eligendo dictum dominum Anselmum remouendo et cassando de potestaria predicta et dictum processum Electionis. sue Annullando utpote factum. contra predicta pacta. Nomina uero illorum. de capitulo exceptis dictis vicarijs. superius nominatis. sunt hec Dominus Guillelmus. Thomas Archidiaconus. dominus Jacobus de montibus. dominus Jacobus. de montemagno. dominus vbertus plebanus. corsembraudi. dominus francischus. de coconato. dominus. francischinus de platea. dominus Conradinus de Janua. dominus Obertus poze et dominus Jacobus Archipresbiter Canalium. Canonici Astenses. Actum. Ast. in secrestia. Eiusdem Ecclesie. presentibus testibus. rogatis. presbitero. Johanne. cappellano Eiusdem Ecclesie. et Jacobo. notario scopolano et Jacobo mastalono notario. Et Ego Guillelmus de milano Jmperiali Auctoritate notarius interfui et rogatus hanc cartam. scripsi.

Eodem die. Anno et indicione et mense et loco. Congregato Capitulo. Ecclesie Astensis. more solito. in predicto loco. quorum de capitulo. nomina sunt hec. dominus. Arnaldus de platea. prepositus Astensis. dominus Vbertus. de corsembraudo Archipresbiter. dominus Oddo garretus Canonici. Astenses. et Vicarij Episcopatus. Astensis. tunc sede episcopali vacante. et dominus Guillelmus thomas. Archidiaconus. dominus. Jacobus de montibus. dominus. Jacobus de montemagno. dominus Vbertus plebanus. Corsembraudi. dominus francischus. de cochonato dominus francischinus de platea dominus Conradinus de Janua. dominus Obertus poze et dominus Jacobus Archipresbiter. plebis canalium. Jn quorum presencia. Constituti dominus Nicholinus. brexanus. [*et*] dominus. Thomas garbenna. sindicus comunis montisregalis et ambaxatores dicti comunis. nomine et vice comunis et vniuersitatis dicti loci. dixerunt et protestati. fuerunt coram ipsis vicarijs et capitulo quod isto futuro Anno homines et Comune montisregalis. volunt se regere per potestatem Et non per consules. qui vicarij et canonici. siue capitulum. protestationem huiusmodi. dictorum Ambaxatorum admittentes. sequendo formam. conuentionum. initarum olim inter ipsum Comune montis et dominum Episcopum. et Astensem Ecclesiam. super ponendo. potestatem in monte dederunt et statuerunt. in potestatem et pro potestate. Comunis montis. dominum Ansermum berrutum. Ciuem Albensem. nomine et vice domini Episcopi et Ecclesie Astensis. Qui Ambaxatores nomine dicti comunis. montisregalis ipsum dominum Anselmum. gratuito receperunt et Acceptauerunt. in potestatem. dicti loci nomine predicto. pro Anno venturo et Salario consueto. Actum Ast. in Secrestia Ecclesie predicte. presentibus testibus. rogatis. presbitero. Johanne Cappellano Astensis Ecclesie et Jacobo notario. scopolano et Jacobo mastalono. notario. Et Ego Guillelmus de milano imperiali Auctoritate. notarius interfui et rogatus hanc. cartam. scripsi :,

Digitized by Google

CLV (1). [28 dicembre 1334].

MONTISREGALIS.

VICARIUS GENERALIS IN TEMPORALIBUS.

Emptio pedaggiorum grossi et minuti.

(S. T.) Anno domini. Millesimo Trecentesimo, tricesimo quarto. Jndicione. secunda die vigesimo octauo. decembris. Actum in monteregali in domo Episcopali Ecclesie. Astensis. testes dominus facius bilionus. dominus. Bartholomeus biglonus et guillelmus vaslinus. omnes de monteregali. Nobilis vir dominus Ardicio de Sancta victoria. Ecclesie Astensis in temporalibus. vicarius generalis. domini. A[rnaldi]. dei et Apostolice sedis gracia episcopi Astensis. vice et nomine ipsius domini episcopi vendidit et ex causa venditionis concessit ad incantum domino Constancio fauzono et franceschino. fauzono. eius fratri. de monteregali et cuilibet eorum. pedagium grossum et menutum montisregalis et omnia Jura. ipsius pedagij ad modum consuetum. Ad habendum tenendum et possidendum ipsum pedagium et Jura sua hinc ad vnum Annum. proxime venturum. precio et nomine precij. librarum. CLXIJ. Astensium. quod precium dicti dominus Constancius et francischinus quilibet eorum in solidum et (2) pro toto. solempniter. stipulantes. promiserunt. dicto domino Arditioni. nomine quo Supra. dare et soluere omni Exceptione remota. dicto. domino Episcopo. uel eius certo nuncio in peccunia numerata per terminos infrascriptos. videlicet medietatem dicti precij. hinc ad festum pasce. proxime venturum. Et Aliam medietatem. in festo Sancti. Michaelis. proxime uenturo. subsequenti. Cum reffectione et restitutione omnium dampnorum. interesse et expensarum. litis et extra. Obligando pro hijs Attendendis et obseruandis. dicto domino Arditioni. nomine predicto. omnia eorum bona. Ac renunciando ex certa sciencia, in omnibus et singulis. supradictis. Exceptioni. doli. mali in factum. conditioni sine causa et ex iniusta causa. nouis constitutionibus. de pluribus reis debendi et epistole diui adriani. de fideiussoribus et de principalibus, primo conueniendo. et omni Alij. Juri. Et de predictis. predictus dominus Ardicio. precepit. michi notario infrascripto. fieri publicum Jnstrumentum. pro carta turones tres. Et Ego Georgius manassetus notarius. palatinus sic publice hanc cartam. scripsi.

---

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — Copia in *L. V.*, f. 66. — C. Ediz. in Grassi, II, 131, doc. LXXIII.

(2) *Lo spaziato è in sopralinea.*

Digitized by Google

CLVI (1). [14 ottobre 1350].

MONTIS UICI.

Quitatio stipendij facta per Potestatem Montisregalis Reuerendissimo Domino Episcopo Astensi vti ab eo deputato in dicto officio.

ANNO. domini Millesimo. Trecentesimo quinquagesimo Jndicione tercia. die XIIIJ^a mensis. octubris. Actum in monte vico in domo habitationis domini Conradini de bernadigio. Mediolanensis. potestatis montisvici. presentibus domino. Petro vascho. Georgio tricolo. et Sarafino (2) de bernadigio de Mediolano. familiari dicti domini potestatis testibus uocatis et rogatis. Nouerint vniuersi. presentes pariter et futuri. ad quos. presens publicum. instrumentum. peruenerit. quod predictus dominus Conradinus Mediolanensis. potestas. Constitutus in presencia. mei notarij infrascripti et testium predictorum. dixit et in ueritate recognouit. se gecisse et exequisse. officium potestarie montisvici. pro Reuerendo in xpisto patre et domino. domino. Baldracho dei et Apostolice. sedis gracia Astensi episcopo ac vice et nomine ipsius. domini Episcopi. et Ecclesie Astensis. per spacium sex mensium pro quo officio potestarie exercendo ipse dominus Conradinus. Mediolanensis habere et recipere debebat. a prenominato domino Episcopo. florenos quatringentos. Auri. Quos quidem florenos ipse dominus. Conradinus. confessus et contentus fuit habuisse et recepisse ac sibi integre datos. soluptos et numeratos fuisse pro salario. sue potestarie predicte. tam a. domino Andrea tricolo quam a. Laurencio tricolo Clauario dicti loci. montisuici pro domino episcopo predicto. dantibus. soluentibus et numerantibus. pro dicto domino episcopo et uice et nomine ipsius et de peccunia et Alijs bonis. ipsius domini Episcopi. Et pro salario potestarie ipsius domini Conradini. computatum. totum bladum. in dictis. quatrigentis florenis. quod ipse dominus Conradinus. Mediolanensis. potestas. habuit et recepit a dicto Laurencio clauario. et omnes denarios quos eciam ipse dominus Conradinus. habuit et recepit a. dominis Andrea tricolo Petro vascho et laurencio tricolo clauario. dantibus et (3) Soluentibus uice et nomine domini episcopi et pro ipso faciens idem dominus Conradinus Mediolanensis. potestas predictus. michi Ardicioni bealecio de baennis notario infrascipto. ut publice persone. stipulanti et recipienti uice et nomine dicti domini episcopi et Ecclesie Astensis. pacem finem remissionem absolutionem et quitat[*i*]onem et pactum de vlterius non pe-

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 66. — C. Ediz. in GRASSI, II, 141, doc. LXXIX.

Digitized by Google

tendo. de dictis quatrigentis florenis Auri. promittens iamdictus dominus Conradinus Mediolanensis. potestas. per se et suos(que) heredes. michi predicto notario stipulanti et recipienti ut supra et nominibus quibus supra predictas quitationem. absolutionem remissionem pacem et finem et pactum de vlterius. non petendo. Et (de) omnia et singula suprascripta perpetuo rata grata et firma habere et tenere et nullo tempore. contrafacere uel uenire Aliqua racione de iure uel de facto. Sub restitutione dampnorum Expensarum et interesse litis et extra. Renuncians idem dominus Conradinus. Mediolanensis potestas. predictus. Exceptioni predictarum. protestationum. Confessionum et promissionum. florenorum predictorum. non habitorum et non receptorum. spei future numerationis et receptionis. et omnium et singulorum. predictorum non factorum et non sic factorum. Exceptioni doli mali et omni alij. iuri canonico et ciuili consuetudinario. et municipali. quibus mediantibus contra predicta uel aliquod predictorum facere uel uenire posset. de iure uel de facto. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et obseruandis. idem dominus Conradinus. Mediolanensis. potestas. michi notario infrascripto stipulanti et recipienti ut Supra et nominibus quibus supra. omnia sua bona pignori obligauit. Et de predictis. preceptum fuit michi notario. infrascripto fieri publicum instrumentum. vnum et plura si op(p)us fuerit conscilio Sapientis.

(S. T.) Ego Arditio bealecius de Baennis inferioribus. notarius palatinus predictum Jnstrumentum traddidi et sic publice scripsi. et signaui.

Jn Nomine domini amen Anno natiuitatis eiusdem Millesimo. Trecentesimo quinquagesimo quarto Jndicione. septima die x^a^ mensis madij hec Exempla. siue transcripta. sumpta per me Nicholinum de corgnato. notarium ex autenticis. Jnstrumentis scriptis manibus. notariorum ut supra. in ipsis subscriptorum. Venerabili et sapienti viro. domino Guilleimo de bruxatis Juris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris et domini domini Baldrachi. dei et Apostolice sedis gratia. Episcopi Astensis Vicario generali. insinuata et presentata fuerunt. Et postmodum per me ipsum notarium vna cum notarijs infrascriptis. ad ipsa autentica Ascultata (4) lecta et examinata. Et quia ipse dominus vicarius vtraque. per ordinem concordare inuenit in eorumdem exemplorum. plenam fidem et testimonium Suam et Astensis. Ecclesie Auctoritatem interposuit et decretum. Actum in castro. Baennarum presentibus. Andreono de Sancta victoria canonico Sancte marie de vineis in Janua et fredelico de bastita testibus uocatis et rogatiS;

(S. T.) Et Ego Guilleimus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta vna cum Nicolino de corgnato de baennis notario et Johanne de gablono de Vignali

(2) *L. V.*: Sanfino (3) *F. 66 v.* (4) *L. V.*: ascultatti.

Digitized by Google

notario infrascripto ad Autentica instrumenta siue transcripta scripta Manibus notariorum in ipsis descriptorum coram ipso domino vicario inspicienti diligenter ac fideliter Abscultaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorundem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo signauj.

(S. T). Et Ego Johannes de gabiono de vignali publicus. Jmperiali. auctoritate notarius. suprascripta exempla siue transcripta vna(a) cum Nicolino de corgnato de baennis inferioribus. Et Guillelmo cuniberto notarijs. ad auctentica instrumenta siue transcripta Scripta manibus notariorum. in ipsis descriptorum coram ipso domino vicario. inspiciente diligenter ac fideliter As(s)cultaui. Et quia vtraque concordare inveni de ipsius domini vicarij. mandato in Eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i. Et signo meo consueto Signaui : ,

(S. T.) Et Ego Nicholinus. de corgnato de baennis. inferioribus Astensis. diocesis. publicus Jmperiali Auctoritate notarius. hec Exempla siue. transcripta ex autenticis instrumentis. scriptis manibus notariorum in ipsis ut supra descriptorum fideliter. sumpsi. Et postmodum in presencia prefati domini vicarij inspicientis. vna cum. Guillelmo cuniberto et Johanne de gabiono notarijs antedictis ad ipsa autentica instrumenta. diligenter Ascultaui. Et quia vtraque per ordinem concordare. inueni de ipsius. domini vicarij mandato. in eorumdem exemplorum. plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo consueto signauj : ,

CLVII. [19 e 20 giugno 1353].

INSTRUMENTUM PROCURE.

Mandatum ad lites (1).

Jn nomine domini Amen. Anno natiuitatis. Eiusdem Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo tercio. Jndicione sexta. die decimonono. Junij. Actum. in. Castro Baennarum. presentibus. Andreono de Sancta victoria. canonico Sancte marie de vineis. in. Janua. Georgio dondino de monteuico clerico et Guillelmo. de riuo. de parixius. testibus vocatis et rogatis. Quorum presencia. ac mei notarij infrascripti. Reuerendus. in xpisto. pater et dominus. dominus. Baldrachus. dei et apostolice Sedis gratia Astensis. Episcopus non propterea reuocando alium. seu. alios. procuratores. per. ipsum dominum episcopum. hactenus. constitutos. sed pocius eum et eos confirmando. omni iure. modo et forma. quibus. melius potuit fecit constituit et ordinauit. presbiterum. Jacobum. macharium. Canonicum. plebis Sancte marie. de baennis inferioribus. Astensis. diocesis. presentem et mandatum suscipientem suum et Astensis Ecclesie. verum. nuncium et procuratorem. in omnibus et singulis ipsius. domini Astensis. Episcopi et Astensis Ecclesie causis litibus et questionibus. tractandis et gerendis. Cum quibuscumque. personis.Comuni. collegio et vniuersitaie. et quoram (*sic*) quocumque

(1) F. 67 *r*. *Sesto duplicato della procura*: cfr. docc. I, XVI, XXX, XCII, CIX, CXXX.

Digitized by Google

iudice. ordinario uel delegato. Ad Agendum et deffendendum. libellum et libellos. dandum et recipiendum. Exceptiones proponendum litem et lites contestandum Juramentum calumpnie et cuiuslibet alterius. questionis. Sacramentum. in animam. ipsius domini. Episcopi prestandum. ponendum et petitionibus respondendum. Testes instrumenta et probationes quascumque. producendum et Alterius. partis. Jurare videndum Sententiam et sententias. Audiendum et ab eis et ipsarum qualibet. Appellandum et Appellationem. prosequendum. Et Ad quecumque negocia. ipsius domini. Episcopi et Ecclesie Astensis gerenda et facienda. Necnon ad officium. cuiuscumque. Judicis. et ipsius Judicis. iurisditionem. tam voluntariam quam contentiosam. implorandum. Et demum ad omnia et singula alia faciendum et gerendum. que in predictis et predictorum quolibet fuerint neccessaria. uel. quomodolibet opportuna. Et que iuris ordo et causarum. merita. postulant et requirunt. queue ipse dominus. episcopus. suo nomine et Astensis Ecclesie in premissis et circa premissa et premissorum quodlibet. facere posset. si presens adesset. dans et Concedens. eidem. procuratori suo. presenti in predictis. et circa. predicta. et quodlibet. predictorum. plenam et liberam. ac generalem administrationem et speciale mandatum. promittens. ipse dominus Episcopus. suo nomine et Astensis Ecclesie Eidem. procuratori suo. presenti et stipulanti. ac michi notario. infrascripto. ut publice. persone. stipulanti. et recipienti. nomine et uice omnium et singulorum aliorum. quos. presens tangit. negocium. uel tangere poterit. in futurum. se perpetuo. grata. rata et firma. habiturum. quecumque per ipsum. procuratorem. suum. in predictis et circa predicta. et predictorum quodlibet Acta fuerint quomodolibet. siue gesta. Et volens. dictus. dominus. episcopus dictum procuratorem. suum releuare ab omni onere. satisdandi. et eciam. ipse. procurator Releuari volens. promixit. michi. notario. predicto. ut Supra. recipienti de iudicio sixti et Judicato. soluendo cum. omnibus suis. clausulis. fideiubendo erga me notarium. iam.dictum. recipientem ut Supra. in omnem. casum et euentum satisdationis Sub ypotecha et obligatione. bonorum. ipsius. domini episcopi. et Ecclesie Astensis. que proinde. michi notario. iam.dicto. recipienti. ut Supra. pignori. obligauit. Renunciando. noue constitutioni. de principali prius conueniendo et omni alij. Juri. precipiens. inde idem. dominus Episcopus. suo et dicto. nomine. per me notarium. infrascriptum. fieri publicum. instrumentum ·,

(S. T.) Et Ego Nicholinus. de Corgnato. de Baennis. inferioribus. Astensis. diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate. notarius. predictis omnibus et singulis. suprascriptis. vna. cum supranominatis. testibus. presens. interfui et sic scripsi. et. publicaui. cum Appositione signi mei consueti. in testimonium veritatis.

Hec sunt. Exempla siue transcripta quorumdam. Jnstrumentorum. Acquisitionum et Jurium. ad dominum Astensem. Episcopum et Astensem. Ecclesiam. pertinencium. scriptorum. manibus. tabellionum. in ipsis. instrumentis. subscriptorum. quorum. instrumentorum. tenores. inferius. describuntur. Et quorum. Jnstrumentorum. Exemplationem venerabilis. vir. dominus Guillelmus. de bruxatis. iuris utriusque. peritus. Reuerendi in xpisto patris. et domini. Baldrachi dei gratia Astensis. Episcopi. vicarius

Digitized by Google

generalis. ad petitionem. presbiteri. Jacobi macharij. canonici. plebis. sancte marie de baennis. inferioribus Astensis. diocesis. procuratoris et procuratorio. nomine. ipsius. domini Episcopi et Astensis Ecclesie vt constat. per. publicum. Jnstrumentum. factum per. me. Nicholinum de corgnato. notarium. Sub Anno natiuitatis. domini. Millesimo. Trecentesimo quinquagesimo. tercio. Jndicione sexta. die. decimonono. Junij. michi. Nicholino. de corgnato. notario. iamdicto. potestatem et bayliam. dedit et concessit. Et hec Acta fuerunt in Castro Baennarum. Anno. natiuitatis. domini Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo tercio. Jndicione sexta die vigesimo. Junij. presentibus Andreono. de Sancta victoria. canonico sancte Marie de vineis. in Janua. Georgio dondino de Monteuico clerico et Guillelmo de riuo. de parixius. testibus vocatis et rogatis Quorum. vnius. tenor. talis est,

CLVIII. [24 aprile 1236].

LOCUS MAGLIANI.

Recognitio Magliani.

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo. trigesimo. sexto. Jndicione. Nona. die septimo. Exeunte. Aprilis. Coram testibus. infrascriptis. dominus. Conradus de Maliano. fuit confessus. quod omnia. que habet et tenet. et possidet. uel uisus. est tenere. et possidere. in Maliano. in Castello et villa. Maliani. et eius. territorio. et posse. tenet. a. domino. Episcopo Astensi. et ab Ecclesia. Astensi. Actum in Castello Castagneti. Jnterfuerunt. testes. vocati et rogati. dominus Anselmus. de gouono. henricus. de bozolasco. Ruffinus tomex. Ruffinus de iaffa. vbertus. pectenatus. et Andreas costancius. Et Ego Jacobus. de sigulfis. notarius palatinus. iussu. domini. Jacobi. dei gratia. Episcopi et domini Conradi. hanc cartam traddidi et scripsi;

CLIX (1). [12 o 13 luglio 1236].

DE SARMATORIO.

Salmatorio.

Recognitio pro villa Sarmatoris.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo sexto. Jndicione. nona. quod fuit. die dominico (2). duodecima. intrante. Julio. Jn presencia testium infrascriptorum. ad instanciam et requisitionem. domini vberti dei et Apostolica gratia. Astensis Episcopi. Jnterrogati. dominus. Ruffinus. et dominus. Jacobus bricius. atque dominus (3). Oper-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 67 *r.* — C. Ediz. in *M. h. p., Ch.*, II, 1395.

(2) *Il 12 luglio 1236 era di sabato, non di domenica; è quindi errato il giorno del mese o quello della settimana.* (3) *L. V.*: dominj.

Digitized by Google

tus. domini et consortes. Castri et ville. Sarmatorij. A quo. uel a quibus. ipsi domini. tenent. uel sueti. sunt. tenere Castrum et villam. Sarmatorij. Et quo modo. et forma. tenent. dictum. Castrum. et villam. Qui domini. Ruffinus. et Jacobus atque Opertus Coram ipso domino. Episcopo. et me. notario et testibus. infrascriptis. dixerunt. vna et protestati fuerunt. quod tenent et possident. atque eorum. predecessores semper tenuerunt et possiderunt Castrum et villam Sarmatorij. in. nobili feudo. ab Astensi. Ecclesia. et non ab Aliqua. alia persona. Et quod ipsi sunt parati facere. de castro et villa Sarmatorij. Eidem. domino Episcopo. id quod de iure fuerit. faciendum. Et specialiter. omnia. Ea que fideles. faciunt suis dominis. et facere tenentur. de Castris. seu villis. ipsis datis. et in nobili feudo. Jnuestitis. vnde visa et Audita confessione. predictorum. dominorum ab ipso domino. Episcopo. et a testibus infrascriptis. Jdem dominus. Episcopus. suo nomine. et tocius capituli Astensis. dictos dominos. et Consortes. de Castro et villa Sarmatorij. gentili feudo. inuestiuit. Et eisdem fidelitatem. dicti Castri et ville recomendauit. Actum. hoc in narçoleis. iuxta. portam Castri. in presencia domini Rogerij de l['']ocha. et domini. Jacobi Alarij. Johannis. de anima. Bonefacij. Cigneti et henrici. de meaneis. et Teste quoque (*sic*). domini episcopi.

Et Ego Robaldus. badellus. notarius hijs interfui et rogatus hanc cartam. michi preceptam. sic traddidi et scripsi;

CLX (1). [15 agosto 1270].

SUMMERIPE DE PATERNO.

SUMARIPA DE PERNO — PAERNUM BAUDISSETUM ET TEUOLETUM.

Recognitio Summeripe perni Baldisserij et Teuoleti pro tribus partibus.

(S. T.) Anno. domini. Millesimo. ducentesimo. Septuagesimo. Jndicione terciadecima die quintodecimo. mensis Augusti. Jn villa Summerippe Sub porticu domus. Manfredi. de podio. presentibus. domino vberto. de brayda. Oberto gambarino de gaurena. Guillelmo filio Manfredi murruti. de pochapagla. et Guillelmo. filio condam. domini Anselmi. de montealto. testibus [*vocatis*] et rogatis. domini Fredelicus. de Summarippa de paerno. filius condam domini. Conradi. Conradus et Manfredus. filij. condam. domini Jacobi Et Conradinus. filius condam. domini Guillelmi. omnes de dominis Sumaripe. de paerno. pluries. requisiti. et Amoniti. ut dicebant a venerabili patre. domino Conrado. dei gratia. episcopo Astensi.

(1) F. 67 *v*.

Digitized by Google

ut sibi. recipienti. nomine suo. Ecclesie et episcopatus Astensis consignarent et consignare deberent. omnia ea. que in feudum tenebant ab ipso et ab Ecclesia. et Episcopatu Astensi. in Sumarippa. in paerno. et Alibi Qui domini habita super hijs diligenti. deliberatione. Jn presencia Magistri. Bayamundi. de vicia. procuratoris. dicti. domini Episcopi. et Episcopatus. Astensis. specialiter constituti ad predictam consignationem petendam et recipiendam. ut Apparet per publicum. Jnstrumentum. inde factum per lafranchum. de flochis. dicti domini Episcopi notarium. eodem Anno et Jndicione. die. XIIIJ. eiusdem. mensis. Consignauerunt Eidem magistro Bayamundo. recipienti nomine dicti domini Episcopi Ecclesie et Episcopatus Astensis. Castrum villam. et iurisditionem. contitum. et segnoriam Sumarippe de paerno cum omnibus pertinentibus ad ipsum Castrum et villam. in nobile et. gentile. feudum. Et pro feudo. ipsius domini Episcopi Ecclesie. et Episcopatus Astensis. Jtem consignauerunt. Eidem. nomine supradicto. in nobile et gentile feudum et pro feudo. predicti. domini. Episcopi. Ecclesie. et Episcopatus Astensis. paernum. Baudissetum et Teuoletum cum omnibus pertinen(c)tijs suis. Excepta. quarta. parte. Teuoleti. quam dicebant se tenere. ab Abbate. Bremetensi. Et hec omnia supradicta. consignauerunt. ut dictum est. in manibus. predicti magistri Bayamundi. ut supra. in feudum. et pro feudo Astensis Ecclesie. Et Episcopatus. Jn cuius presentia. predicti. domini. fredelicus. Manfredus Conradus. et Conradinus protestati et confessi fuerunt. quod ipsi et antecessores sui. a. tempore cuius. non esta(n)t memoria citra. (quod) omnia supradicta. videlicet. Castrum. villa Sumarippe. cum paerno. Baudesseto et tribus partibus Teuoleti. Cum. omnibus ad ipsa loca. pertinentibus in Jurisdictione. contitu. segnorito et alio modo. tenuerunt semper. vsque ad hec tempora. et nunc tenent et se tenere recognoscunt. in nobili et gentili. feudo. ut dictum est supra ab Episcopo. Ecclesia. et episcopatu Astensi. Et inde. iussa fuerunt. plura. instrumenta. fieri vno tenore. composita. Ego. Johannes dauitus. notarius palatinus. supradictis. omnibus. interfui et rogatus hanc cartam sic scripsi;

Jn Nomine domini Amen. Anno. nativitatis. eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo quarto. Jndicione. septima die vicesimoquarto mensis. Augusti. Suprascripta. Exempla siue transcripta. sumpta per me Nicholinum de Corgnato. notarium ex autenticis Jnstrumentis prefatis venerabili viro. domino Guillelmo. de bruxatis. Juris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini. Baldrachi dei gratia Astensis Episcopi vicario generali. presentata et insinuata fuerunt. Et in eius presencia per me ipsum notarium et alios notarios. infrascriptos ad ipsa autentica Ascultata et examinata Et quia. ipse dominus vicarius vtraque concordare. Jnuenit. Jn eorundem exemplorum. plenam fidem et testimonium et ut eisdem adhibeatur de cetero plena

Digitized by Google

fides suam et Astensis Ecclesie Auctoritatem. interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum presentibus domino Johanne prouana. preposito Ecclesie Sancti donati de pinarolio et Andreono de Sancta victoria. Canonico Sancte marie de vineis in Janua. testibus vocatis ec rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium ex Autenticis instrumentis prefactis. vna cum ipso Nicolino et Nicolino de bruxatis notarijs infrascriptis Jn presencia dicti domini Vicarij diligenter Ad ipsa inspicientis fideliter abscultaui et examinaui et quia vtrumque Jnueni concordare in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui de ipsius domini vicarij mandato

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per nicolinum de corgnato notarium ex autenticis instrumentis prefactis. vna(a) cum Nicolino de corgnato supradicto et Guillelmo cuniberto suprascripto notarijs Jn presencia dicti domini Vicarij diligenter ad ipsa inspicientis fideliter abscultaui et examinaui et quia vtraque concordare inueni in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signum meum consuetum appos(s)ui de ipsius dicti domini Vicarij mandato

(S. T.) Et Ego Nicholinus. de Corgnato. de Baennis. inferioribus. Astensis. diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate. notarius suprascripta Exempla. siue transcripta. sumpsi ex autenticis. instrumentis. prefatis. Et postmodum. in presencia prefati domini vicarij. inspicientis. vna cum. Guillelmo et Nicholino notarijs prescriptis ad ipsa autentica Ascultaui et examinaui. Et quia. vtraque. per ordinem. concordare cognoui. de ipsius. domini vicarij. mandato in eorumdem Exemplorum plenam fidem et testimonium. me subscripsi. et. signo. meo consueto signaui ;

CLXI (1). [13 marzo 1237].

DE GORZANO.

Montaldo Laureto Castroaynaldo Castelleto Summeripe paernj Monte acuto Maglano Vicia Belvedere Mirabello Saya Ceresolis.

MALIANI JNUESTITURA.

Recognitio locorum in immargine expressorum.

(S. T.) Anno domini Millesimo. Ducentesimo. tricesimo. septimo. Jndicione decima. die veneris. terciodecimo. mensis. Marcij. Jn platea. vicie. prope castrum vocatis et rogatis testibus. domino Anselmo. Abbate. de Azano magistro henrico. Canonico Astensi. Octone vicedomino.

(1) F. 68 r. (2) *Lo spaziato è in sopralinea, abbreviato.*

Digitized by Google

domino Guillelmo alferio. domino philippo thoma. et Germano soldano. dominus. vbertus Astensis. Electus. Jnuestiuit. dominos Qualiam. Ruffinum et rodulfum de Gorzano. de ipsorum. iusto et recto feudo. Qui. Jurauerunt fidelitatem Et dictus dominus. Qualia. hominium. fecit. pro hospicio. gorzani. Et incontinenti. requisiti feudum. consignauerunt. Medietatem. gorzani et de alijs. terminum. postulauerunt. Jtem. Jnuestiuit. dictus. dominus Electus. dominos Anselmum et Guillelmum. de Montalto. de ipsorum iusto et recto feudo. qui Jurauerunt fidelitatem. Et incontinenti requisiti. feudum consignauerunt. Castrum. Montaldi cum hominibus posse. iurisdictione et contili. et illud quod habent in cerexolis excepta. sextadecima parte Eodem modo Jurauerunt fidelitatem Arnaldus. Rodulfus. Jacobus et Vbertus de montalto. Jtem modo simili inuestiuit dominos iacobum (2) et vuglermacium. de laureto. qui Jurauerunt fidelitatem. Et consignauerunt. feudum. Castrum. laureti. cum eius contili excepta. octaua parte. Jtem Jnuestiuit. dominos de Castroaynaldo de ipsorum iusto et recto feudo scilicet dominos Aycardum. Guillelmum. barexanum fredelicum vicedominum Jacobum barexanum. Cunradum. uice.dominum. Obertum de Montefortino Galesum. Tebaldum. barexanum Petrum grossum. henricum barexanum. Ricardum vicedominum. qui Jurauerunt fidelitatem. Et dictus Aycardus. fecit homagium Et feudum consignauerunt. Castrum Castelleti. et illud quod tenent in canalibus. Jtem Jnuestiuit dominos Jacobum Nicholaum et Octonem. de Summarippa paerni de ipsorum. iusto et recto feudo. qui Jurauerunt fidelitatem. Eodem modo. Jnuestiuit. dominum Manfredum. de Summarippa qui similiter fidelitatem Jurauit. Jtem dictus. dominus Vbertus Electus Astensis. inuestiuit. dominum. Comitem. Obertum de blandrato de suo iusto et recto feudo qui fidelitatem. Jurauit Et incontinenti Requisitus. feudum consignauit. Castrum et villam. Montis Accuti cum omni Jurisdictione. dominio et contili Jtem. modo simili Jnuestiuit. dominos. Sismundum. Bonefacium. Anselmum et Anselminum. de Maliano. qui fidelitatem. Jurauerunt. Jtem Jnuestiuit. dictus dominus Electus Guillelmum. sichum. henricum coctum Bonefacium. Obertacium. Aicardum et Anselmum de vicia. de ipsorum. iusto et recto feudo. qui fidelitatem Jurauerunt. Et incontinenti. requisiti. de feudo consignauerunt. feudum. Qui dominus Electus. Astensis. protestatus fuit. et dixit quod in Castro uel villa vicie. nichil ab Astensi Ecclesia. in feudum tenebant Jtem inuestiuit. dominum Jacobum. de saie et Conradum de bellovidere. de ipsorum. iusto et recto feudo. qui fidelitatem. Jurauerunt. Jtem Jnuestiuit. Guillelmum de Mirabello et botum de ipsorum iuxto et recto feudo qui Jurauerunt fidelitatem. Et incontinenti requisiti. feudum consignauerunt videlicet

Digitized by Google

Castrum et villam Mirabelli. cum omni Jurisdictione. districtu et contili Et cum decimis quas tenent. (*nt*) (*nt*)

Et Ego. henricus de morocio. palatinus notarius hijs. interfui et sic scripsi;

CLXII. [14 marzo 1237].

DE PAUCAPALIA.

Jnuestitura Paucepalee.

(S. T.) Anno. domini Millesimo ducentesimo Tricesimo septimo. Jndicione decima die Sabati quartodecimo. mensis marcij in Castro Monticelli vocatis et rogatis. testibus. domino Anselmo Abbate. de Azano domino octone de lauigijs. Magistro henrico. Canonico Astensi. Ottello bucanigra. domino Willelmo Alferio. et Germano Soldano. Dominus vbertus. Electus Astensis Jnuestiuit. dominum Arditionem de paucapalea Saluo Jure Alterius. de suo. iusto. et recto feudo. qui. Jurauit. fidelitatem. Jtem. inuestiuit dictus dominus Electus. dominos. Murrutum. Et Conradum. de pauchapalea de ipsorum. iusto. et recto feudo. qui Jurauerunt fidelitatem Et dictus Conradus fecit homagium. Et incontinenti requisiti. feudum consignauerunt. Castrum. villam Jurisdictionem. Contile et homines de paucapalea. ita quod ipsi homines. primo faciunt. fidelitatem Episcopo Astensi. et postea. dominis de paucapalea. Jtem. Jnuestiuit Arditionem de Sancta victoria. de suo iusto. et recto feudo. qui fidelitatem Jurauit et. de consignando feudo. terminum postulauit. (*nt*) (*nt*)

Et Ego henricus. de Morocio palatinus. notarius. hijs. interfui. et rogatus. sic scripsi.

Jtem in pauchapalea. modo simili. inuestiuit. dominos. Jacobum et Bartholomeum. de Pauchapalea. de ipsorum. iusto et recto feudo qui fidelitatem. Jurauerunt.

CLXIII. [15 marzo 1237].

Jnuestitura alia.

(S. T.) Anno domini. Millesimo. ducentesimo. tricesimo. septimo. Jndicione. decima. die dominico quintodecimo. mensis Marcij Jn Castro Baennarum. inferiorum (1) vocatis et rogatis. testibus. domino Anselmo Abbate de Azano. domino Octone. de lauigijs Magistro henrico Canonicis Astensibus domino Anselmo. de Montealto et Ottone vicedomino.

(1) *Le due ultime parole furono aggiunte in margine dalla stessa mano.*

Digitized by Google

dominus Vbertus Electus Astensis Jnuestiuit. dominum Jacobum. spatam de suo iusto et recto. feudo. qui. Jurauit fidelitatem. Jtem inuestiuit. dictus dominus Electus. dominos Guillelmum et Manfredum. de Costamagna de suo iusto. et recto feudo qui fidelitatem Jurauerunt. Et dictus Guillelmus fecit homagium. Et Ego henricus de Mòrocio. palatinus. notarius. hijs. interfui et rogatus sic scripsi.

CLXIV. [16 marzo 1237].

Jnuestitura alia.

(S. T.) Anno domini. Millesimo. ducentesimo tricesimo septimo Jndicione decima. die lune. Septimodecimo. kalendas Aprilis. Jn villa Sancti Albanj ante Arale episcopi vocatis et rogatis testibus. domino Anselmo. Abbate de Azano. domino Ottone. de lauigijs. Magistro henrico canonico Astensi. domino Anselmo de montealto et Ottone vice.domino. dominus vbertus. Electus. Astensis. Jnuestiuit dominos Jacobum. Johannem et Nicholaum. scapitos de ipsorum. iusto et. recto feudo. qui Jurauerunt fidelitatem et dictus. Jacobus. fecit homagium. Jtem modo simili inuestiuit henricum guerram. qui fidelitatem Jurauit. Jtem. Jnuestiuit. henricum. de plocio. Aprilem. Jacobum donne iuste. Bellinum. de Ast. Guillelmum. gardinum. Tebaldum caualerium Guillelmum de sylo. Guillelmum de vineis et Obertum de Baennis. de ipsorum iusto et recto feudo. qui fidelitatem. Jurauerunt. *(nt)* *(nt)*

Et Ego henricus. de morocio. palatinus. notarius. hijs iuterfui et rogatus sic scripsi.

CLXV. [23 maggio 1162].

DE TAULETO.

Donatio cum inuestitura eorumdem bonorum donatorum.

(S. T.) Anno ab incarnatione. domini. nostri yhesu xpisti Millesimo. Centesimo. Sexagesimo secundo (1). x. kalendas. Junij Jndicione. decima. tempore Jmperij. nostri. domini magni. fredelici. tibi Ecclesie sancte marie. Astensi. atque. Episcopo. Anselmo. Ego vbertus. filius. cuiusdam Orzer. qui professus sum ex natione mea lege viuere romana. donationem a presenti die. in vobis. confero nominatim. de toto hoc quod ego habeo in tauleto. pro alodio. videlicet in Castellum et uillam cum tota curia. que sibi. pertinet et de omnibus alijs meis rebus que teneo pro alodio. terris vineis. pratis nemoribus (2) Siluis. Ecclesijs. pascuis.

(1) *Segue espunto*: qd. (2) bus *è espunto*. (3) F. 68 *v*.

Digitized by Google

Aquis et omnia iura mea Cum ingressu et egressu Earum. Quam autem supradictam donationem. tibi Ecclesie. supradicte atque Anselmo. dono. concedo. confero et per presentem. cartam donationis. in vobis confirmo. ut faciatis. a modo. de predicta. donatione vos et Successores. vestri. quicquid volueritis. Jure proprietario. nomine. in integrum. sine contraditione. mei et omnium. heredum. meorum. Et insuper promitto. supradictam. donationem ab omni homine. deffendere. quod. si non potuero. uel egomet molestiauero. tunc. in duplum. restituere debeo. sicut pro tempore fuerit (3) meliorata. uel ualuerit sub estimatione in consimili loco. Et pro supradicta(m). donatione(m) Episcopus Anselmus. dedit. vberto. viginti libras Astenses. et postea reddidit ei. supradictam donationem. ut teneret eam pro feudo. Et Vbertus et eius heredes. non debent prohibere predictum Castellum. episcopo. munitum. nec inmunitum. nec suis successoribus. set. potuerit facere werram. uel pacem. cui libuerit. et vnam Albergariam. debet. dare Episcopo. vnoquoque anno. cum quatuor socijs et clientibus. et homines. fidelitatem. episcopo facere debent. Actum est in Burgonouo feliciter. Testes. sunt. Nicholaus. Archidiaconus. Anselmus. de gouono. Jacobus de monte alto. Obertus. eius filius. henricus de saia. Agicardus. de uiclano. Anselmus. de musancia. viliermus. de montexel[lo]. Bonefacius. Judex Wiliermus de castellet[*to*]. Otto de monteacuto. filius. Rogerij Azo de sancto martino Wiliermus de plobex Capellanus episcopi. Et Ego vbertus notarius sacri palatij rogatus scripsi.

CLXVI. [26 settembre 1261].

MONTISALTI DE ASTEXIO (1).

Jnuestitura Montisalti de Astesio.

(S. T.) Anno domini. Millesimo. ducentesimo. Sexagesimo primo. Jndicione quarta die lune vicesimo. Sexto. mensis. Septembris. in presencia. testium subscriptorum. dominus Arnaldus. dominus Ruffinus. dominus Conradus dominus Jacobus. dominus cassanus. dominus vbertus. et dominus Anselmus. omnes. domini de moltealto confessi fuerunt. coram. domino Conrado. dei gratia episcopo Astensi. et ad eius. postulationem. quod ipsi et antecessores eorum. tenuerunt et tenent. in feudum ab ipso domino episcopo et ecclesia et episcopatu. Astensi. integraliter. totum Castrum. villam. Jurisditionem. contile et dominium. terratorium et posse. montisAlti de Astexio. Et illud totum consignauerunt pro feudo dicto. domino episcopo. ibique. predictus. dominus

(1) *Le prime lettere di* Montisalti *e di* Astexio *furono tagliate nella legatura.*

Digitized by Google

episcopus. illud idem Guarentizauit et Affirmauit. et ipsos cum ligno quod in sua manu tenebat. de dicto feudo inuestiuit. tamquam de nobili et gentili feudo paterno Auito et pro auito. et omnes predicti. domini. de montealto. pro se et alijs consortibus. suis fecerunt et Jurauerunt fidelitatem corporaliter. tactis sacris scripturis. ad Sancta dei euangelia. predicto domino episcopo recipienti suo nomine et nomine Ecclesie et episcopatus. Astensis. tamquam. vassalli. domino. et promiserunt omnia. facere et Attendere et prestare. ipsi domino episcopo. et Ecclesie Astensi. que in sacramento fidelitatis. de iure et consuetudine continetur. Actum Apud. Ecclesiam. Sancti Angeli de montaldo. in Astixio. vbi testes. interfuerunt. dominus. Bonefacius. prepositus Astensis dominus vbertus plebanus. de Corsembraudo. dominus petrus. de cabaglata. et dominus. Otto Cappellanus. predicti. domini episcopi.

Et Ego Bonefacius. draco. notarius palatinus hijs interfui et hanc cartam rogatus. sic scripsi;

CLXVII. [19 giugno 1237].

DE SAYA ET DE CEREXOLIS (1).

Jnuestitura Castri et Ville de Saya et bonorum de parte Ceresolis.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. septimo. Jndicione decima. die veneris. terciodecimo kalendas. Julij. Coram. testibus. infrascriptis dominus vbertus dei gratia. Astensis. episcopus. Jnuestiuit Tebaldum. de cerexolis. filium condam Baialardi. de anterixio suo nomine et nomine fratrum suorum. de eorum recto et iusto feudo. qui fecit fidelitatem Astensi Ecclesie. et dicto domino Vberto episcopo Astensi. et suis catholicis successoribus prestando. corporaliter Sacramentum. promittendo attendere et obseruare omnia que continentur. in forma fidelitatis et consignare. feudum. quocienscumque fuerit requisitum qui requisitus incontinenti consignauit. medietatem. Castri et ville (d) de saya. et hoc quod. habet in cerexolijs. eo excepto. quod pater eius Acquisiuit ab illis de brayda. Actum Apud. Castrum de anterixio Jnterfuerunt testes. Manfredus. de summarippa. petrus de montecucho et Comes. Guido. Et Ego Girbaldus de valperto. notarius palatinus interfui et rogatus sic scripsi;

Jn nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo. quinquagesimo quarto. Jndicione. septima. die vigesimoquarto Augusti Suprascripta Exempla siue. transcripta. sumpta. per me. Nicholinum. de Corgnato. notarium ex autenticis.

(1) *Le prime lettere di* cerexolis *furono tagliate nella legatura.*

Digitized by Google

instrumentis prefatis. venerabili viro domino Guillelmo de bruxatis. Juris utriusque. perito. domini Baldrachi. dei gratia Astensis Episcopi vicario generali. presentata et insinuata fuerunt. Et in Eius presencia per me ipsum notarium et alios notarios. infrascriptos ad ipsa autentica Ascultata et examinata Et quia ipse dominus vicarius. vtraque per ordinem concordare Jnuenit ut eisdem Exemplis adhibeatur plena fides. suam et Astensis. Ecclesie Auctoritatem. interposuit et decretum. Actum. in. Castro Baennarum presentibus domino Johanne prouana preposito Sancti donati de pinarolio et Andreono de Sancta victoria. Canonico Sancte Marie de vineis in Janua. testibus uocatis et rogatis

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius. Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium Ex Autenticis instrumentis prefactis Jn presencia dicti domini vicarij ad ipsa diligenter inspicientis vna cum dicto Nicolino et Nicolino de bruxatis notariis infrascriptis fideliter Abscultaui et examinaui Et quia vtraque concordare Jnueni per ordinem de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui,

(S. T.) Et Ego Nicolinus de bruxatis de nouaria publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per nicolinum de corgnato notarium ex autenticis instrumentis prefactis Jn presencia dicti domini vicarij ad ipsa diligenter Jnspicientis vna(a) cum Guillelmo cuniberto suprascripto et nicolino de corgnato supradicto notarijs fideliter abscultaui et examinaui Et quia vtraque concordare Jnueni per ordinem de ipsius dicti domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum siue transcriptorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto Signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus. de Corgnato. de baennis inferioribus. Astensis diocesis. publicus Jmperiali Auctoritate. notarius suprascripta Exempla siue transcripta. Ex autenticis. instrumentis scriptis manibus. notariorum in ipsis ut supra descriptorum fideliter sumpsi Et postmodum. in. presencia. prefati domini vicarij. inspicientis. vna cum Guillelmo et Nicholino. notarijs antedictis. diligenter Ascultaui et Examinaui. Et quia vtraque per ordinem concordare cognoui de ipsius. domini vicarij mandato. in eorumdem Exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi. et Signum meum Apposui consuetum.

CLXVIII (1). [1 marzo 1180].

MONALIS PRO ILLIS DE CURTE.

USURARUM RESTITUTIO.

Donatio Castri Monalis cum eiusdem inuestitura.

Jn Nomine domini nostri yhesu xpisti. Anno ab incarnatione. domini

(1) F. 69 *r*.

Digitized by Google

Millesimo. Centesimo. octuagesimo. Jndicione terciadecima. kalendis. marcij. Jn presencia magistri Raymundi. Astensis Ecclesie canonici et Nazarij confanonerij et Aycardi vilani et Jacobi de roata. et Grossi et Guillelmi de lomello et Jacobi. de montemagno. et quorumdam aliorum. Obertus de curte. donauit. Ecclesie Astensi et domino Wiliermo. episcopo Eiusdem. totum quod habet. in Castello de monali. et medietatem eius. quod habet in villa. eiusdem et eadem. in feudum. ab eodem. domino Episcopo recepit. duraturum sibi et filijs. suis. masculini sexus et feminini. Et ex hoc fidelitatem Ecclesie et domino Episcopo. fecit. Actum in Aste in. Castello. in domo domini Episcopi. feliciter. Jndicione. predicta. Ego placitus domini Wiliermi. Episcopi scriptor. interfui et subscripsi.

Causa uero prescripte donationis. fuit quia prenominatus. Obertus. de Curte. Cum condam vsuras ab episcopo recepisset. fere usque ad Mille soldos. et penit(t)encia ductus. sua sponte. vsuras. prefatas. vellet. restituere. dedit. optionem. domino episcopo. ut aut tantam pecuniam ab eo reciperet. aut prescriptarum rerum donationem. Super que dominus. Episcopus. cum deliberasset. utilius. Judicauit. ipsam donationem. Cum prefacti oberti. fidelitate habere. quam peccuniam. breuiori tempore peritura[*m*]. sufficienter. sibi satisfactum reputans. Ego qui superiora et hec subscripsi.

CLXIX. [20 novembre 1213].

Laureto.

Laureti Jnvestitura.

(S. T.) Anno dominice. incarnationis. Millesimo. ducentesimo. terciodecimo. Jndicione prima. die. mercurij. duodecimo. kalendas. decembris. Jn canalibus. in domo. Ecclesie. eiusdem. loci. que est supra. mercatum. Aalricus. de nono. fecit fidelitatem. domino Guidoto Astensi Episcopo. nomine Astensis. Ecclesie. pro toto feudo quod ab Astensi Ecclesia tenebat. et specialiter. pro quarta parte. laureti quam confitebatur se tenere in feudo. ab Astensi Ecclesia. interfuerunt testes. Soldanus. de ponte. de alba. dominus Anselmus de mo[*n*]taldo petrus de sancto martino et plures alij. predictus. Episcopus hanc cartam. fieri precepit.

(S. T.) Et Ego BonusJohannes Judex notarius sacri palatij. interfui et scripsi.

CLXX. [8 maggio 1237].

FIDELITATIS HOMINUM RUPIS.

Juramentum fidelitatis prestitum per homines de Rupe.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. septimo. Jndi-

Digitized by Google

cione. decima. die veneris. octauo intrantis madij. Jn nomine domini nostri yhesu xpisti Jsti sunt homines. de Rupe. qui fecerunt et Jurauerunt. fidelitatem. domino vberto dei gratia Astensi. Episcopo et Ecclesie Astensi. Jn primis Raynerius. de valle. Johannes bastardus. petrus filipus. Oddo pec[t]enatus. Anselmus. gayrerdus. Obertus et Martinus filij. Bellini. Gandulfus bergognonus. Malapeza. Oddo ferrarius. cum tribus fratribus. petrus de albarella. Raynerius. de tana. Aicardus. vulpes Guillelmus gairerdus. Albericus. Arnaldus. de calofro Manfredus. domine. Jmilie. Oddo done Jmilie. Aostachius. Jacobus de Andrea. Johannes. de Andrea. Oppicius. de Andrea. Jacobinus. de valle aldrata. Anselmus. domini. Azonis. Guillelmus gacayranus. petrus. lupus. Mainfredus. de vineis. Anricus basca. Ansaldus. de vallandrata. philizanus. et petrus filius eius. Oglerius Guiletus. Robaldus guiletus. Aycardus. de monte. petrus de grazano. henricus de vallezelata. Alexandrus. Guillelmus de vineis Obertus. de vineis. henricus barberius. Bellinus. de bosco. petrus gayrerdus. Ruffinus. filius. petri de grazano. Guillelmus bergognonus. petrus calcarius. Albexanus. petrus guiletus. Guillelmus. spata. Porcellus. Guillelmus zuxellus. Rodus Obertus Ansaldi. Jacobus. guiletus. petrus rubeus. Oddozonus. et Obertinus. filius. eius. Robaldinus. filius Aycardi. de monte Jacobus burdinus. cum fratribus suis. Gandulfus. et Melanus. filius eius vbertus burdinus Willermus. reccator. Rodulfus reccator. Castellani sunt hij. qui fecerunt fidelitatem. similiter. Opicius. fredelicus. vido. Tebaldus. petrus. Jacobus. Tarascus. featarius est. Jacobus vaitafocus qui similiter. Jurauit. Et Jurauerunt. omnes predicti. Attendere et obseruare. quicquid in sacramento fidelitatis. continetur. Actum in Rupe domini Episcopi testes ibi fuerunt. dominus Anselmus Abbas Sancti Bartholomei de Azano presbiter Octo de Sancto Stephano presbiter Obertus de sancto genisio et fredelicus de lomello. Et Ego. Jacobus. notarius. palatinus interfui et iussu dicti domini episcopi sic scripsi;

CLXXI. [2 marzo 1237].

[FIDELITAS ODDONIS UICEDOMINI].

(S. T.) Anno domini. Millesimo. ducentesimo. tricesimo septimo. Jndicione. decima. die lune secundo. intrantis Marcij. coram testibus infrascriptis. dominus Oddo uicedominus fecit fidelitatem et homagium Astensi Ecclesie et domino Vberto Astensi Electo et suis catholicis successoribus prestando corporaliter. Juramentum. promittendo attendere omnia. que continentur in forma fidelitatis. et consignare feudum quocienscunque fuerit. requisitum. Actum Ast in cla[u]stro Astensis

Digitized by Google

Ecclesie. Jnterfuerunt testes. Abbas Sancti Bartholomei. Guillelmus cacayranus. Jacobus. scopolanus Gandulfus donascus. Et Ego Girbaudus de valperto. notarius palatinus. interfui et sic scripsi.

CLXXII. [20 marzo 1237].

DE BREDULO ET DE LOUAZANIO.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo tricesimo septimo. Jndicione. decima. die veneris. duodecimo. exeunte martio. in presencia subscriptorum testium. dominus Raymundus luuo. de bredulo et dominus. Nicholaus. de louazanio fecerunt. domino vberto. Astensi Electo. fidelitatem et homagium Actum (1) est hoc. in monteregali in domo iamdicti. domini vberti Astensis Electi ibi fuerunt. testes. dominus Guillelmus sacerdos louazani. viallarius. notarius. dominus Guillelmus gascus. Et Ego Willelmus bonanatus. palatinus notarius. hanc cartam. scripsi.

CLXXIII. [14 giugno 1237].

Fidelitas prestita per Guglielmum Rocham de Drua.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo septimo. Jndicione decima. die dominico quartodecimo. intrante Junio. Coram testibus. infrascriptis. Guillelmus rocha. de drua. Jurauit fidelitatem et fecit Astensi Ecclesie et domino vberto Astensi episcopo et suis catholicis successoribus. promittendo Attendere omnia que continentur in forma fidelitatis et consignare feudum. quocienscumque fuerit requisitum. Actum fuit hoc. ante portam Castri Sancti Albani Jnterfuerunt testes. Jacobus scapita dominus Johannes. dominus Albertus. de cathena henricus de plocio. et Robaldus de drua

Et Ego Girbaldus de valperto notarius palatinus. interfui et sic scripsi;

CLXXIV (1). [5 o 15 settembre 1237].

DE MEANIS.

Jnuestitura Castri de Meanis.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo septimo. Jndicione. decima. die. martis. (2) quinto. intrante Septembre. coram. te-

---

(1) *L. V.* autum

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 69 *r.* — C. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, II, 1402, doc. MDCCCXXXVI.

Digitized by Google

stibus. infrascriptis. dominus vbertus. diuina. miseratione Astensis. episcopus. inuestiuit. Jacobum. de meanis. de suo. iusto et recto feudo. qui. Jurauit. Eidem. domino Episcopo et Ecclesie Astensi et suis catholicis successoribus. fidelitatem et incontinenti requisitus. consignauit feudum. totum illud. quod habe(a)t in Castro de meanis et homines quos habet in dicto loco. pertinentes ad dictum. Castrum. et omnia que continentur. in forma fidelitatis Attendere et obseruare. Jurauit. et promixit Actum in claustro Ecclesie sancti petri. de Manciano. Jnterfuerunt. testes. Sucius. de Sancto Juliano. magister Jacobus. de montemagno. Jacobus Cappellanus. dicti. domini. Episcopi Et Ego Girbaudus. de valperto. notarius. palatinus. interfui et sic rogatus scripsi;

CLXXV (1). [21 ottobre 1237].

Lucerna.

Jnuestitura Domini Albertini de Lucerna.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo septimo. Jndicione. decima. die Mercurij. duodecimo kalendas. nouembris Coram testibus infrascriptis. dominus vbertus diuina. miseratione Episcopus Astensis. Jnuestiuit. dominum Albertum de lucerna. de suo iusto et recto feudo. qui Jurauit et fecit fidelitatem. domino vberto dei gratia Astensi Episcopo et Ecclesie. Astensi. et suis catholicis successoribus Et attendere omnia que in forma fidelitatis continentur et consignare feudum. quocienscumque fuerit requisitum. Actum in Ecclesia sancti. victoris de canalibus, Jnterfuerunt testes. dominus Qualia. de gorzano. Jacobus de laureto. Nicholaus de Montaldo. Et Ego. Girbaldus de valperto. notarius. palatinus. interfui et sic rogatus scripsi:

CLXXVI. [22 ottobre 1237].

Jnuestitura Gouoni.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo septimo. Jndicione. decima. die Jouis vndecimo. kalendas Nouembris. Jn Castro Astensi Coram testibus infrascriptis. Manfredus. de bosco de canelio. Jurauit et fecit [fidelitatem] domino vberto. dei gratia Astensi. Epi-

(2) *Il 5 settembre 1237 era di sabato, non di martedì; perciò è errato il giorno del mese, o quello della settimana. Forse il not. De Corgnato ha omessa la parola* decimo *prima o dopo di* quinto, *essendo infatti di martedì il 15 settembre di quell'anno.*

(1) F. 69 *v.*

Digitized by Google

scopo et Ecclesie Astensi et suis catholicis successoribus. et Attendere omnia que continentur. in forma fidelitatis. Et incontinenti requisitus consignauit feudum. quartum. quod habet in terris. que sunt in posse. de gouono. Quas. terras. tenet. Michael folia et cagleti et quidam alij. Jnterfuerunt. testes. dominus Albertus de catena. Canonicus Sancti secundi Astensis. Guillelmus. clericus Ecclesie sancti Stephani. de rupe. Et Ego Girbaldus de valperto. notarius palatinus interfui et sic rogatus. scripsi.

CLXXVII. [11 novembre 1148].

DE LAUEZOLIS.

Donatio Castri de lauezolis.

(S. T.) Anno Ab incarnacione. domini nostri yhesu. xpisti. Millesimo. Centesimo. quadragesimo. octauo. Jndicione. decima (1). vndecimo. die. post kalendas. Nouembris. Obertus. garetus et Stephanus. de populo. et Otto pilosus. dederunt. sancte marie maioris. Ecclesie. et Anselmo Episcopo. Castrum de lauezolis. hoc quod habebant. antiquitus. in Castro et hoc. quod emerant in Castro et in villa. Ab Aymone de sancto Stephano. Et ipse reddidit. eis pro feudo. tali conuento. quod Episcopus debet tollere. Rodulfum de cuuone. et filios. suos et heredes illorum hijs tribus. de hac venditione desuper. Et episcopus illis (2). Juuare. contra omnes homines et si hoc non faceret. non essent sibi debiti. Et ipsi Jurauerunt sibi fidelitatem. proprijs manibus et adiuctorium in Castagneto et in Castro vicie et in cuuone et omnibus suis locis uersus Ast. nec debet aliquid. querere. nec aliquam. potestatem habere in parte istorum trium. nec in Castro nec in villa. Excepto. seruicio illorum. ut dictum est. Et pro suo Auxilio. dederunt ei. XIIIJ. libras. bonorum denariorum. Astensis monete. huius rei sunt testes isti domini. Bonus-Johannes de viuario et Willelmus de bellot et Mastors et para[*sa*]c. et Robaldus. gardinus et paganus medicus et otto vilanus. et petrus roarius. Et. Ego. Petrus turrensis. notarius interfui et scripsi (2).

Jn Nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo. quarto. Jndicione septima. die vicesimoquarto Augusti hec Exempla siue transcripta sumpta per me Nicholinum de Corgnato. notarium infrascriptum ex autenticis instrumentis prefatis. venerabili viro domino Guillelmo de bruxatis Juris utriusque. perito. Reuerendi in xpisto. patris. domini. Baldrachi. dei gratia Astensis

---

(1) *È errata l'indizione, che nel 1148 era l'*XI, *non la* X. (2) *L. V.*: illis. illis. (3) *Segue un disegno che ha l'apparenza d'un gran segno tabellionale e contiene 112 punti inquadrati.* (4) *L. V.*: in in

Digitized by Google

Episcopi vicario generali. presentata et insinuata fuerunt. Et in eius presencia. per me ipsum notarium et alios notarios infrascriptos ad ipsa autentica. Ascultata et Examinata. Et quia ipse Dominus vicarius. vtraque per ordinem concordare cognouit. ut eisdem exemplis adhibeatur de cetero plena fides. suam et Astensis Ecclesie. Auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum presentibus domino Johanne de Provanis. preposito Sancti donati de pinarolio et Andreono de Sancta victoria. canonico. Sancte Marie de vineis in Janua. testibus vocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium ex Autenticis instrumentis prefactis vna cum ipso Nicolino et Nicolino de bruxatis notarijs infrascriptis. Jn presencia dicti domini vicarij ad ipsa diligenter inspicientis. fideliter Abscultaui et examinaui et quia vtraque per ordinem concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui:,

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per nicolinum de corgnato ex autenticis instrumentis prefactis vna(a) cum guillelmo cuniberto notario suprascripto et nicolino de corgnato notario Jnfrascripto Jn presencia dicti domini vicarij ad ipsa diligenter inspicientis fideliter abscultaui et examinaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius dicti domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego. Nicholinus. de Corgnato. de Baennis. inferioribus. Astensis. diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate notarius. suprascripta. Exempla. siue transcripta. ex autenticis. instrumentis. prefatis. fideliter sumpsi et postmodum. in presencia prefati domini vicarij. inspicientis. vna. cum Guillelmo et Nicholino. notarijs suprascriptis ad ipsa Autentica (in) instrumenta Ascultaui et examinaui. Et quia vtraque. per ordinem. concordare. cognoui. in eorumdem Exemplorum plenam. fidem et testimonium. me subscripsi et signum. meum Apposui. consuetum.

CLXXVIII (1). [23 ottobre 1237].

ZABALDANUM.

CONSIGNARE FEUDUM.

Jnuestitura Geraldi Zabaldani.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. septimo. Jndicione. decima. die veneris. x° kalendas. Nouembris. Apud. montemmagnum. in domo. heustachij. coram testibus. infrascriptis. dominus vbertus. dei gratia. Episcopus Astensis. Jnuestiuit. Giraldum zabalda-

(1) F. 70 r.

Digitized by Google

num de suo iusto et recto feudo qui Jurauit. fidelitatem. dicto domino vberto. Astensi Episcopo et Ecclesie Astensi et suis catholicis. successoribus et Attendere. omnia que continentur. in forma fidelitatis. et consignare. feudum quocienscumque. fuerit requisitum. Jnterfuerunt. testes. dominus Albertus. de cathena: canonicus. sancti Secundi Astensis. Robaldus. de cocastel. dominus Guillelmus de brolio. Et Ego Gilbaldus. de valperto notarius palatinus interfui et sic rogatus. scripsi:)

CLXXIX. [7 maggio 1238].

Fidelitas prestita per Arnaldum Zabaldanum (1).

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. octauo. Jndicione vndecima. die veneris septimo. intrante madio Coram testibus. infrascriptis. Jacobus filius condam. Arnaldi Zabaldani. fecit fidelitatem. domino vberto. dei gratia. Episcopo Astensi. et Ecclesie Astensi et suis catholicis successoribus. prestando corporaliter Juramentum et promittendo Attendere. omnia que continentur. in forma fidelitatis. Actum in montemagno. Jnterfuerunt testes. Orandus (*sic*; *sed forsan* Prandus) de brolio. Jacobus. de cocastel. Et Ego Girbaldus. de valperto notarius palatinus. interfui et sic scripsi;

CLXXX. [2 maggio 1153].

MONTISACUTI.

Donatio illorum de blandrate facta ecclesie astensi de monte acuto.

Donatio Castri Montis acuti cum prohibitione alienationis.

Jn Nomine domini Anno dominice. incarnationis. Millesimo. Centesimo quinquagesimo. tercio Anno. nono. pontificatus. domini. Eugenij. iii. pape. Jndicione. i. mensis. madij die ii. Ego. quidem. comex. vido de Blandato hac. die. propria. spontaneaque. mea voluntate. donatione. inter uiuos hac. presenti. die. dono et concedo et per hoc instrumentum. publicum (1). inuestiens. ad proprietatem. trado. in. presencia predicti domini. pape. et Cardenalium. eius. Ariberti. presbiteri. Cardinalis sancte Anastaxie et Widonis. Archidiaconi. Cardenalis Sancte marie. de porticu. galatorum. et Oddonis diaconi. Cardenal[*is*]. sancti. Nicholai. de carcere tuliano. vobis domino. An[s e l m o]. Astensi. Episcopo. Et per vos. uestre Ecclesie. Sancte marie Astensi. vestrisque catholicis successoribus. Episcopis in perpetuum. Jd est. Castrum. vnum in integrum.

(1) *In questa intestazione invece di* Arnaldum Zabaldanum *doveva dirsi* Jacobum filium condam Arnaldi Zabaldani

Digitized by Google

quod vocatur Mons Acutus. cum curte. sua. et introytu et exitu et cum omnibus sibi. generaliter et in integrum. pertinentibus positis. in Episcopatu Astensi. Qualiter. michi competit. Jure hereditario. uel quolibet modo ita. vobis. vestrisque. catolicis. successoribus. episcopis ad proprietatem dono et concedo. ut ab hodierna (2) die. in antea. licenciam et potestatem. habeatis. intrandi. exeundi vtendi fruendi Et sicut. dictum est ad proprietatem. possidendi. Ea tamen. lege et conditione. ut non liceat vobis. vestrisque successoribus Episcopis. catholicis. predictum. Castrum. cum. pertinencijs. suis. in partem uel in totum in aliam. prepter. me. personam. aut aliam aliquam. Ecclesiam. uel ciuitatem aliquo. modo. transferre. uel alienare. Ego. itaque. vna. cum. meis. heredibus. deffendere promittimus (3) ab omni homine. si oppus et neccesse fuerit. Quod. si contra hec. que dicta sunt quolibet modo. uenire. temptauero et cuncta que dicta. sunt non obseruauero. Et si deffendere noluero. aut non potuero. tam ego. quam. mei heredes. componamus vobis. vestrisque catholicis successoribus Episcopis. pro pena (4). triginta Auri. libras. Et soluta. pena. et donationis cartula [*in*] perpetuum firma permaneat. Quam scribendam. rogaui Andream scriniarium. sancte romane Ecclesie in mense et indicione. I. Signum. +. manus suprascripti vidonis de blandato. huius cartule. rogatoris. Testes Guala de casali. Rogerius. de coconate. Radulfus vice.dominus et vassallus Astensis. Ecclesie. Wilelmus. montis.fortis. Eiusdem. Ecclesie vassallus. Aginulfus. iudex. de cunio. Ansermus iudex. de orto. Ego Andreas. scriptor. Sancte Romane Ecclesie. Compleui et absolui.

CLXXXI. [2 maggio 1153].

MONTISACUTI

SANCTI STEFANI PRESENTE PAPA

Jnuestitura Montisacuti et Sanoti Stefani.

Jn Nomine. domini Anno. VIIIJ. pontificatus domini Eugenij. tercij. pape. Jndicione. I. mensis madij. die secundo. Quoniam rerum gestarum memorie. plerumque perire di(s)noscitur. lapsu temporis. uel neccessitate. obliuionis. Jdcirco. Ego Andreas scrinarius sancte Romane Ecclesie. mandato et precepto suprascripti. domini Eugenij sanctissimi. pape. tercij. publicis. literis. memorie. mandare curaui Jnuesticionem recti feudi factam a. domino Anselmo. Astensi. Episcopo. domino Widoni. comiti de blandate. in se et in omnes a se legiptime descendentes in perpetuum. coram domino Ariberto. presbiteri. Cardenali sancte

(1) *L. V.*: publicam (2) *Segue espunto*: itaque. (3) *L. V.*: promitamus. (4) *L. V.*: propria.

Digitized by Google

Anastaxie (*a*) et Widone diacono cardenali Sancte marie de porticu galatorum (*b*). et Oddone. diacono. Cardenali. sancti Nicholai. de carcere tuliano (*c*). et Astantibus clericis et vassallis. ipsius domini Episcopi. Nicholao de mansano. et Andrea. presbitero. et Radulfo vicedomino. et vassallo. et vilelmo. eiusdem. vassallo Jdem Jnuestiuit Eum. nomine recti feudi de toto et integrum (*sic*). Castro montisAcuti. cum. curte eius. et omnibus. suis. pertinentijs quemadmodum ipse hodie. per. donationem. in se transtulit. Et si quid. ante. tradditionem. predicti comitis ad Episcopum. uel. Episcopatum. eius Astensem. per aliquod ius. uel ingenium. pertinere videbatur. ut. dictum est. nomine recti feudi. dominum Comitem Jnuestiuit vt deinceps. totum et integrum Castellum montisAcuti et curtem eius. ipse. dominus. Comes. Et. heredes eius A suprascripto. domino. (1) Episcopo. et successoribus. suis. per feudum possideant. propterea (2) autem quod ipse. dominus Comes. suprascriptam. donationem. in dominum. Episcopum. et Ecclesiam. eius. contulit Jnuestituram in eum fecit. nomine recti feudi. dominus. Episcopus. sicut superius. scriptum est. de illo feudo quod obertus de coconate. habebat. a domino. Episcopo et Ecclesia. sua. in castello et curte sancti Stephani. Et hec feudorum. Jnuesticio facta est coram. domino Eugenio Summo et Vniuersali. Pontifice. et in Sacratissima. sede beati. Petri. apostoli. papa tercio. Testes Gala de casali. Rogerius de Arconate Randulfus. uicedominus. et vassallus Astensis Ecclesie Vilelmus. montisfortis Eiusdem Ecclesie vassallus. Aginulfus. iudex de cuneo. Anselmus Judex. de orto. Ego. Andreas scriniarius sancte romane. Ecclesie. mandato et precepto. suprascripti. domini pape. et eius utraque. parte. rogatus. scripsi. compleui et absolui.

CLXXXII.]19 settembre 1211].

MARCELLENGI.

Albergaria Marcellengi.

(S. T.) Anno dominice incarnationis Millesimo. ducentesimo. vndecimo. Jndicione. quarta.decima. die lune terciodecimo. kalendas. octubris. in Baennis in porticu Astensis Episcopi. dominus Guidotus. dei gratia. Astensis Episcopus. pro quinquaginta libris. quas credebat. se. debere vilielmo et Ruffino. fratri eius filijs condam. Robaldi mastorgij pro quadam. venditione. quam. predictus. eorum pater. debuit olim facere

(a) *Creato da Celestino II nel 1143.* (b) *Creato da Lucio II nel 1144.* (c) *Oddone da Brescia creato dallo stesso Eugenio III.*

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.* (2) *L. V.*: proter

Digitized by Google

Astensi Episcopo. de eo quod habebat in sancto Albano. obligauit. predictis filijs. Robaldi. mastorgij. illam Albergariam. quam debet habere Annuatim. in villa marcellengi. nomine Astensis. Ecclesie. Eo modo quod ipse viliermus et Roffinus debent. predictam Albergariam Annuatim computare. sibi in solutum pro quatuor libris. de predicta sorte. quousque. habuerint. totam Solutionem predicte sortis. Et si homines de marcellengo. nollent eis. dare. dictam Albergariam. Annuatim. uel si darent eis talem Albergariam que esset minoris. precij. quatuor librarum. predictus Episcopus. promixit. eis. quod daret. eis Annuatim. uel. quatuor libras. si homines Marcellengi. non darent eis Albergariam. uel suppleret. eis illud. quod. deesset. eis de quatuor libris. recepto. eo quod homines Marcellengi. darent. eis Annuatim. pro iamdicta Albergaria. et ipsi predictum. pignus. debent. tenere tamdiu. quod ipsi integram (1) habeant solutionem predicti. debiti computando. sibi solutionem Annuatim. de predicto. pignore. sicut superius. dictum est nisi. predictus episcopus forte vellet. predictum pignus. redimere antequam. de ipso. pignore. totam solutionem receperint. soluendo eis. id quod superesset soluendum de sorte. eo tempore quo vellet. pignus redimere. quod siquidem ei facere licet quandocumque ei placuerit. et predicti filij. Robaldi. mastorgij pro predicta. obligatione. promiserunt predicto episcopo. quod de cetero stabunt. taciti et contenti. de predictis. quinquaginta. libris. nec Eum uel eius successorem super hijs vllatenus. molestabunt. predictus Episcopus. et predicti Vilielmus et Roffinus. hanc cartam fieri rogauerunt. Testes petrus. de Sancto. Martino. Gracianus.

(S. T.) Et Ego. BonusJohannes Judex et notarius sacri palacij. interfui et rogatus. scripsi;

CLXXXIII (1). [15 dicembre 1277].

MOLANDINJ DE BRAYDA.

CONRADUS EPISCOPUS ASTENSIS.

ANSELMUS EPISCOPUS ASTENSIS.

Concessio construendi Molendinum super flumine Eleris.

(S. T.) Anno domini. Millesimo. ducentesimo. Septuagesimo septimo. Jndicione. quinta die xv. mensis. decembris Jn monteregali. presentibus. testibus infrascriptis. dominus Guillelmus. canonicus. Ecclesie sancti. Anniani. Astensis. nuncius et procurator. venerabilis. patris. domini Conradi dei gratia. Episcopi. Astensis. ut dicebat ad. mandatum. eiusdem. domini Episcopi sicut. in eiusdem. domini Episcopi litteris patentibus suo sigillatis sigillo vidi plenius. contineri. concessit. nomine

(1) F. 70 *v*.

Digitized by Google

dicti domini. Episcopi. domino Guillelmo. de bastita. de gratia. speciali. quod ipse usque. ad voluntatem. dicti domini Episcopi. et ecclesie Astensis. et non. vltra. possit in ripatu. Elleris. iuxta Ecclesiam Sancti Stephani. prope bastitam. ubi dicitur. in la brayda. construere Molandinum. vnum et. de ipso molere. cum pactis et conuentionibus. infrascriptis. durantibus tamdiu tantum et non. vltra. cum gratia. et concessione predicta. quantum placuerit. dicto. domino. episcopo et Astensi Ecclesie. siue suo legiptimo successori. dando et soluendo. Annuatim. Eidem domino. Episcopo. Et Astensi Ecclesie. pro concessione. predicta. in festo sancti Johannis. de Junio. libras. quatuor. Astenses. nomine fictus. sub obligatione. omnium bonorum. dicti. domini Guillelmi. que dicto Guillelmo. nomine et vice dicti domini Episcopi. et Astensis Ecclesie. pignori. obligauit. Tali modo quod quandocumque et quocienscumque. dicto domino Episcopo. et Astensi. Ecclesie placeret. dictam gratiam. et concessionem. huiusmodi reuocare. teneatur et debeat. ipse dominus (2) Guillelmus. omni exceptione cessante. dictum Molandinum. cessari. facere et abolere. et in pristinam formam reducere quod si facere. nollet. aut non posset omnia predicta. in quolibet casu. uel aliquo Jngenio se suctraeret. promixit et conuenit eidem. Guillelmo. predicto nomine. recipienti. dare et soluere. quolibet die postquam denunciatum. fuisset. ei predictum Molandinum. cessare quod. non moleret * et quod non aboleretur et in pristinum statum reduceretur. et non faceret uel procuraret * (3) quod predicta. non attenderentur et obseruarentur. integraliter. cum. Effectu. solidos. xx. Astenses. nomine pene. pro quibus. omnibus et singulis Atten[*dén*]dis et obseruandis dictus. dominus. Guillelmus. de bastita. obligauit predicto. domino Guillelmo. dicto modo. et nomine. stipulanti. omnia sua bona. et pena. soluta. omnia predicta et singula. firma. et rata. permaneant. et pena tociens. committatur. quociens contrafieret. in predictis. seu aliquo. predictorum. Et inde. duo Jnstrumenta vnius. tenoris fieri iussa. sunt. vnum quorum. permaneat. penes predictum. dominum. Episcopum. Aliud uero penes. predictum. dominum Guillelmum. de bastita Testes uero. fuerunt. dominus Bonefacius Minister montexelli. henricus. de colla. et Minus. de marsalia.

Et Ego. Ramundus. folcherius. notarius palatinus. hanc cartam scripsi. (*nt*) (*nt*) (*nt*)

Jn Nomine domini Amen. Anno. natiuitatis eiusdem. Millesimo Trecentesimo. quinquagesimo quarto. Jndicione septima. die secundo. mensis. Septembris. Suprascripta Exempla siue transcripta. Sumpta. per me. Nicholinum de Corgnato. notarium infrascriptum. ex Autenticis. instrumentis prefatis. venerabili viro. domino Guillelmo. de

---

(2) *Segue espunto*: Episcopus (3) *Ciò che trovasi fra i due asterischi, essendo stato omesso dal copista, venne poi scritto in fine dell'atto.*

Digitized by Google

bruxatis. Juris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris. domini. Baldrachi. dei et Apostolice. sedis. gratia Astensis Episcopi. vicario. generali. presentata et insinuata fuerunt. et in presencia ipsius. domini. vicarij. inspicientis per me ipsum notarium et alios notarios. infrascriptos. ad ipsa Autentica. instrumenta. Ascultata et examinata. Et quia vtraque per ordinem concordare cognouit. (de) ipse dominus vicarius. in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium. suam et Astensis Ecclesie Auctoritatem. interposuit et decretum. Actum. in Castro. Baennarum. presentibus Andreono. de Sancta victoria. canonico sancte marie de vineis. in Janua. et Thoma. lectore clerico. testibus. uocatis et rogatis.

(S. T.) Et ego Eus(s)ebius Allamanus de cherio publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascripta Exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de Corgnato notarium infrascriptum ex Autenticis Jnstrumentis prefatis vna cum ipso Nicolino et Guillelmo cuniberto notarijs infrascriptis ad ipsa Autentica instrumenta in presencia prefacti domini vicarii inspicientis Ascultaui et examinaui et Quia vtraque per ordinem concordare Jnueni de ipsius domini vicarii Mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et Signo meo consueto Signaui.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per nicolinum de corgnato notarium infrascriptum ex Autenticis instrumentis prefactis vna cum ipso Nicolino et Heusebio Allamanno notario suprascripto Ad ipsa Autentica instrumenta in presencia prefati domini vicarij inspicientis Ascultaui et examinaui Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui

(S. T.) Et Ego. Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta Exempla siue transcripta. ex Autenticis instrumentis prefatis. fideliter Sumpsi. Et postmodum. in presencia prefacti domini vicarij. inspicientis vna cum Eusebio et Guillelmo. notarijs prefactis. ad ipsa. autentica. Jnstrumenta Ascultaui. Et quia vtraque. per ordinem concordare. cognoui. de ipsius domini vicarij. mandato. in eorumdem exemplorum. plenam fidem. et testimonium. me. subscripsi et Signo meo consueto. signaui.

CLXXXIV (1). [15 dicembre 1166.]

MONTIS FALCONIS. SALMATORIJ. CERUERIARUM ET CETERA
Sauilianj et caralij.

ANSELMUS EPISCOPUS ASTENSIS.

Donatio et inuestitura Montisfalconis. Sarmadorij Ceruarie Sauigliani et Caralij.

(S. T.) Anno Ab incarnacione. domini nostri yhesu xpisti. Millesimo

(1) Fonti. — A. L'orig. manca — B. Copia in *L. V.*, f. 71 *r.* — C. Ediz. in

Digitized by Google

Centesimo. Sexagesimo Sexto Quintodecimo. mensis. decembris Jndicione quarta.decima. Per lignum et cartulam. quam. in sua tenebat. manu. Anselmus filius. condam. Oberti morderami. Jnuestiuit Et donationem fecit. in manus domini. Ansermi dei gratia. Sancte marie Astensis Ecclesie. episcopi a. parte. Episcopi predicte Astensis Ecclesie nominatiue. omnium. illarum rerum quas. predictus Anselmus. habere visus. est. in loco et fundo. Montefalconi. et in eius territorio tam in Castro quam extra. cum. turri. omnique honore. et districto. Jtem. nominatiue. omnium illarum. rerum. quas similiter. habere visus est in loco et fundo. Sarmadorij. et in eius territorio. tam in Castro quam. extra. omneque. quod. habet. in loco Ceruarie et in eius territorio. Similiter. omnium rerum. quas habet in loco et fundo Sauiliani. et in eius territorio. tam in Castro. quam extra. et omnium quas habet. in caralio. hec omnia dedit ei. omniaque. alodia. siue Jura. que predictus Ansermus. habere visus est. infra totum ytalicum regnum Jn integrum. cum omni honore. et districto et Jure et integritate que eidem Anselmo. pertinere videbantur. Jta tamen ut predictus episcopus. et successores eius. ex parte sancte Astensis Ecclesie. episcopi. habeant et teneant. omnia suprascripta. cum. omni predictorum integritate. et districto. siue honore. et faciant (2) exinde quicquid. voluerint. sine contraditione. suprascripti Anselmi suorumque. heredum et cum eorum deffensione. ab omni homine. cum ratione et pro temporis melioracione. in consimilibus locis. in pena dupli. Actum. Justa ecclesiam beati Stephani. s(c)itam. prope. ticinensem Ciuitatem feliciter. Signum manus suprascripti (3) Anselmi. qui hanc cartulam Jnuestiture siue donationis. fieri rogauit. ut Supra. Jbique loci per lignum quod in sua manu tenebat. suprascriptus. Anselmus. episcopus Jnuestiuit suprascriptum Anselmum per feudum. de omnibus suprascriptis. rebus. Jn integrum. Eo modo. ut exinde. ipse et sui heredes legiptimi masculi et descendentes. legiptimi. masculi habeant et teneant. omnia suprascripta loca et Jura. per feudum. ex parte suprascripte Astensis Ecclesie et faciant exinde beneficiario. nomine. quicquid voluerint. sine contraditione. suprascripti. episcopi. eiusque successorum. Jtem ibi loci suprascriptus Ansermus Jurauit fidelitatem. suprascripto. episcopo. contra omnes homines. pro suprascriptis. rebus. omnibus. Et quod non vetabit. neque per se neque per suppositam. personam. uel personas. Eidem. Episcopo. neque suis successoribus. omnia suprascripta. loca. cum omni

---

M. h. p., Ch., II, 1002, doc. MDXIX. — D. Ediz. in ADRIANI, *Sig. di Sarmatorio*, 342.

(2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) *In* C *manca* suprascripti (4) C: priores.

Digitized by Google

iure et integritate. sua munita uel inmunita si ab eo. postulauerit. aliquo tempore. ad faciendam guerram. siue pacem. cuicumque. suprascriptus. episcopus. uel successores. eius facere voluerint. Jnterfuerunt. Otto. Cantor Astensis Ecclesie. et Giraldus de Iomello. Willelmus. de montealto et Rubaldus. de montemagno pares (4) Curie Jnterfuerunt Guilielmus. camarlengus. et Ruffinus. taconus. Arnaldus et. petrus. de telliola testes.

(S. T.) Ego Suzo notarius. sacri palatij. interfui et rogatus hanc cartulam et omnia suprascripta scripsi.

CLXXXV (1). [5 agosto 1260].

Jnuestitura Marchionis Montisferrati.

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo. Sexagesimo. Jndicione. tercia. die quinto intrante. Augusto. in presencia. infrascriptorum. testium. dominus. C[onradus]. dei gratia Astensis episcopus. nomine et vice. Ecclesie et capituli Astensis. Ecclesie. Jnuestiuit. dominum Guillelmum. marchionem. montisferrati de omnibus hijs que ipse dominus Guillelmus Marchio. tenet ab Astensi Ecclesia. Qui uero. dominus. Guillelmus. marchio incontinenti Jurauit et fecit. fidelitatem predicto domino. C[onrado]. episcopo nomine et vice supradicte Ecclesie. et facere promixit ea que in capitulis. fidelitatis continentur. Actum est hoc sub porticu. canonice Astensis vbi fuerunt. rogati. testes. dominus Bonifacius. prepositus Astensis. dominus Martinus de reuello. dominus Manuellus. de cochenato. dominus vbertus. plebanus. consembraudi et dominus. Johannes scurzabo. de Janua Et Ego. Bonifacius. grossus. notarius. de nouello interfui rogatus et hanc. cartam sic scripsi.

CLXXXVI. [27 maggio 1192].

DE CERUERIJS.

Concordium inter illos de Manzano et illos de Sarmatorio et Montefalcono.

(S. T.) Anno dominice incarnationis. Millesimo. Centesimo Nonagesimo secundo. Jndicione decima. die mercurij. qui est quintus exeuntis. madij Jn loco Ceruarie. vbi curia conuenerat presencia. clericorum. maioris Ecclesie videlicet. domini vale Astensis Archipresbiteri. et do-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 71 *r.* — C. Ediz. in Ughelli, *Italia sacra*, IV, 381. — D. Ediz. in Moriondo, *Mon. Aquensia*, I, 235, n. 233; II, 573, n. 86, e 780, lin. 43.

Digitized by Google

mini Almosne Astensis prepositi. et vberti de manzano et Archipresbiteri. de quadringento. et tocius. Curie. Societatis et pacti. conuenti concordia fuit. inter dominos. de manzano et illos de Sarmatorio et montefalcono. comuniter. ex vna parte et inter dominum. Nazarium Astensem Electum ex alia quam societatem et conuentionem. Trencherius. pilossus et. Jacobus bricius qui pro alijs omnibus loquebantur. confessi fuerunt se eorumque consortes. prius. contraxisse. cum predecessoribus. prefati. Electi scilicet cum episcopo Anselmo. et episcopo vilielmo. pro se et successoribus suis. confessio concordie et pactionis talis fuit. Nam suprascripti. proceres. de Manzano et Sarmatorio. et muntefalcone dederunt Castrum Ceruarie. cum villa et omnibus suis pertinencijs. quod [*erat*] illorum Alodium domino Anselmo. Astensi Episcopo. eiusque successoribus a parte Astensis Ecclesie. et ipse dominus Anselmus. reddidit. eis Jure feudi. eorumque heredibus et ipsi fecerunt. ei fidelitates et hominia. duo. eiusque successoribus suprascripti. domini. eorumque heredes facere debent. Concedendo. eidem episcopo suisque successoribus. Albergariam semel in Anno. cum decem militibus. Et quociens. predictus. Episcopus Anselmus aut eius successor locum ceruarie. ingredi vellet. prefacti. domini de manzano et sarmatorio. et montefalcone. non. debent Episcopo vetare. aut contradicere castrum. suprascriptum. munitum uel inmunitum. neque per pacem. neque perguerram et faciat exinde pacem et uerram quibuscumque voluerit. habendo. stramen et tectum in suprascripto loco. et in ingressu imperatoris. in italia. decem libras. pro fodro. episcopus habere debet. nisi predictus dominus. Jmperator. sibi retinere voluerit. Preterea. suprascripti. proceres. Jurauerunt super sancta dei euangelia personam predicti Episcopi. fideliter. custodire et eius rationes et iusticias. vbique ab omni homine rationabiliter deffendere et gubernare. eorumque heredes. successoribus prefati episcopi idem Jurare debent. Ad hoc si suprascriptus. dominus (l). Ansermus. aut eius. successor. verram cum aliquibus. fecerit Et ipsi ad concordiam. uel satisfactionem. per se uel per alios. venire noluerint. tunc pretaxati domini de manzano et Sarmatorio. et Muntefalcono promixerunt bona fide. et sine fraude de suis loc(i)js et municipijs. auxiliari et ubique cum proprijs stipendijs. inimicos ipsius infestare et viuam verram facere. eorumque heredes. predicti episcopi. successoribus promittere. debent. pro quibus. omnibus. tam pro dono quam. pro fidelitate. seu sacramento. prefatus episcopus. Anselmus. per se et per suos. successores. sub iureJurando. promixit. personas suprascriptorum. dominorum. custodire eorumque rationes et iusticias conseruare Et si predicti. domini cum aliquibus verram habuerint et inimici eorum ad concordiam per episcopum aut per-

Digitized by Google

Curiam. venire recusauerint. tunc predictus. dominus Anselmus. per se et suos successores. promixit bona fide et sine fraude et malo ingenio de suis castellis et villis viuam. verram facere. Et si predicti. domini de manzano. Sarmatorio et montefalcone. per episcopum aut per Curiam. de verra ad pacem. venire nollent. tunc episcopus. non debet eis Aminiculum. neque. consilium verra. vllo modo prebere. Quam confessionem dominus. Nazarius Astensis Electus. audiens esse. veram (2) et vtilem. Astensi Ecclesie et episcopio cognoscens. prius prestitis. fidelitatibus. hominijs. et sacramentis. Societatem Approbauit et Sancitam et confirmatam JurisJurandi munimine roborauit. verumtamen. ne Aliqua posset. in posterum. cerni calumpnia et contrarietatis. discordia. exoriri. prefatus Electus. bina instrumenta autentica vtriusque partis consensu. Approbata fieri iussit. Actum in Capitulo Cenobij. de ceruaria Feliciter:, Signum. +. manuum. +. suprascriptorum. +. qui hanc cartam fieri iusserunt:, Jnterfuerunt. Rogati testes valterius. prepositus. sancti. Nazarij Mediolanensis. presbiter. Riuacius. cappellanus Electi. Tebaldus vicecomes. Jacobus vice.dominus lantelmus de landriano. Conradus Judex. laurencius corus. oppiço de hostiolo. Monacus manio Rogerius. Ego Syrus tabellio palatinus rogatus. interfui et hanc cartam tradidi et scripsi.

CLXXXVII (1). [22 aprile 1224].

DE SINFREDO.

CASTRUM NOUUM DE SIGIFREDO.

et eius Jnuestitura.

(S. T.) Anno dominice. incarnationis. Millesimo. ducentesimo vicesimo quarto. Jndicione. duodecima die lune decimo. kalendas madij. Jn riuo Sicco. de sigifredo. Confessus fuit. et protestatus. dominus. Bonefacius de brayda. Coram domino Jacobo. Astensi. episcopo quod tenebat in feudum Ab Astensi Ecclesia. sextam partem medietatis. Castri veteris. de sigifredo. Quam sextam. partem ipse. dominus. Bonifacius. concessit et constituit. eidem domino. episcopo. se tenere in Castro nouo Sigifredi quod transmutauerat in Castro. villa. domibus turribus et in omnibus. edificijs ibi factis. et faciendis. Et in omnibus rebus alijs. sicut. tenebat. in predicto. Castro veteri. Et ibidem. dictus. dominus Episcopus. confessus fuit. quod quicquid. factum. fuerat. de transmutatione dicti Castri. factum. fuerat. suo consensu. et. inde dicti. dominus. Epi-

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.* (2) *L. V.*: verram, *ma la prima* r *è espunta.*

(1) Fonti. — L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 71 *v.* — C. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, II, 1318, doc. MDCCLXXXI.

Digitized by Google

scopus. et dominus Bonifacius. hanc cartam fieri rogauerunt. ut Supra. Jnterfuerunt testes. rogati. dominus vbertus. Astensis canonicus. dominus Nicholaus de montaldo. dominus. Johannes Cappellanus. dicti domini Episcopi. Belengerius. de canellio et. Conradus de Aste.

Ego Albertus. sacri palacij. notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

CLXXXVIII. [7 marzo 1237].

DE CURAYA ET MULTIS REGALIBUS CIUITATIS AST.

LAVEZOLE

Jnuestiture diuerse.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. septimo. Jndicione. decima. die Sabati Septimo. mensis. marcij. dominus Vbertus. dei gracia. Electus. Astensis Jnuestiuit. dominum. Guillelmum. vicecomitem de suo iusto et recto feudo. qui Jurauit. fidelitatem Et fecit homagium. et requisitus de feudo incontinenti ipsum consignauit. videlicet. quartam partem. Curarie. Astensis. Jtem cognitionem causarum Appellationis. que ad episcopum in Ast perueniunt. et iusticiam latronum Jtem pugnas campionum in Ciuitate et toto episcopatu exceptis hospicijs de meanis et de rippa Jtem capita sturionum. in Ast. et Bancaticum bancarum Macellatorum Jtem dationem tutorum et curatorum. viduarum feminarum. et minorum. Jtem illud quod ab eo tenent filij condam Manfredi. et Oppicionis. de rupe. Jtem illud quod ab eo tenent filij. condam Rosij et Robaldi de scrizolengo. Jtem illud. quod Ab eo tenent. domini de Curtecomario. Jtem illud. quod ab eo tenent. vltra tanagrum. Germanus Soldanus et nepotes in decimis et alijs. Jtem illud. quod ab eo tenet. Obertus baiuerius in curtecomario et in monte. Jtem illud quod ab eo tenent filij. condam. guidonis. de ferrarijs. Jtem illud. quod ab eo tenent illi de lauezolijs Jtem illud quod ab eo tenent. Calderarij Jtem illud quod ab eo tenent Confalonerij. Jtem. Castrum villam. homines Jurisditionem. et contile. de monte Jtem Jnuestiuit dictus dominus. vbertus. Electus Astensis. dominum henricum. de Solerio et fratres. eius Mascarum Guillelmum. Rolandum. Capram et panciam de ipsorum iusto et recto feudo. qui Jurauerunt. fidelitatem. et incontinenti requisiti. de feudo consignauit. dictus henricus. quod. tenet. ab episcopo et Ecclesia. Astensi. quicquid. habet in gouono. excepto. eo. quod fuit. Ecclesie. poncensis. et quicquid habet. in preocha. excepto eo. quod fuit. hospicij. de viglano. et decimam treuazole. et decimam. eorum. que habet in gouono. pro Ecclesia. de preocha. dominus anscarus. tenet. quicquid. habet. in runcis. de gouono. et terram

Digitized by Google

que fuit ottonis canauarij. Jtem Jnuestiuit. dictus dominus vbertus. Electus Astensis. dominum Astexianum. de Ast. de suo. iusto et recto feudo. qui Jurauit. fidelitatem et incontinenti requisitus. consignauit feudum illud quod habet in brayda. de insula et quicquid. tenet. in montaldo et in belengerio. decimam suorum Alodiorum et quartam partem. Ripatus. Molandinorum Jtem Jnuestiuit. Carlinum. de suo Justo et recto feudo. qui Jurauit fidelitatem et incontinenti requisitus feudum consignauit. decimam et omnes quartos. quos habet in gouono. Jtem. Jnuestiuit. Wilermum de Alba. de. suo iusto et recto feudo. qui Jurauit fidelitatem et incontinenti requisitus. consignauit feudum. illud quod habet. in decimaria. de nanteis et de sancto Marciano. de moltis et noualibus. (*nt*) (*nt*) hoc Actum est in. claustro. maioris Ecclesie. Astensis. vbi testes. interfuerunt. vocati et rogati. dominus Anselmus Abbas de Azano. dominus Tebaldus canonicus Astensis. dominus. Octo. vicedominus. dominus Bonefacius. de corsembraudo. Et Ego henricus. de Morocio. palatinus notarius hijs interfui et rogatus sic scripsi.

Jn Nomine. domini Amen. Anno natiuitatis. Eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo quarto. Jndicione septima. die secundo. Septembris Suprascripta. Exempla siue transcripta sumpta per me Nicholinum. de corgnato notarium infrascriptum. ex Autenticis. instrumentis prefatis. venerabili viro. domino. Guillelmo. de. bruxatis. Juris utriusque perito. Reuerendi. in xpisto patris. domini Baldrachi. dei gratia Astensis Episcopi. vicario generali. presentata et insinuata. fuerunt et in eius presencia. per me ipsum. notarium et alios notarios infrascriptos. ad ipsa autentica. instrumenta. Ascultata. et examinata. Et quia ipse. dominus vicarius vtraque. per ordinem concordare cognouit ut eisdem Exemplis. adhibeatur. de cetero plena fides. suam et Astensis Ecclesie. Auctoritatem. interposuit et decretum. Actum in castro Baennarum. presentibus Andreono. de Sancta victoria. canonico Sancte marie. de vineis in Janua. et. Thoma. lectore clerico. testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Eus(s)ebius Allamanus de cherio publicus Jmperiali Autoritate notarius Suprascripta Exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum ex Autenticis Jnstrumentis prefatis vna cum ipso Nicolino et Guillelmo cuniberto notarijs infrascriptis ad ipsa Autentica instrumenta in presencia prefati domini vicarij Jnspicientis Ascultaui et examinaui et Quia vtraque per ordinem concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et Signo meo consueto Signaui.

(T. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium vna cum heusebiono notario suprascripto et ipso Nicolino infrascripto ex Autenticis instrumentis prefactis Ad ipsa Autentica in presencia dicti domini vicarij diligenter inspicientis. Abscultaui et examinaui et quia vtraque

Digitized by Google

concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego. Nicholinus. de Corgnato. de. Baennis. inferioribus. Astensis. diocesis. publicus Jmperiali auctoritate notarius Suprascripta Exempla. siue transcripta. ex Autenticis. instrumentis prefatis. fideliter. sumpsi. Et postmodum. in presencia. prefati. domini vicarij. inspicientis. vna cum Eusebio. et Guillelmo. notarijs antedictis. ad ipsa Autentica Ascultaui. Et quia vtraque concordare cognoui. de ipsius domini vicarij. mandato. in eorumdem Exemplorum. plenam. fidem et testimonium. me subscripsi et Signo meo. consueto. signaui.

CLXXXIX (1). [8 marzo 1237].

DE ANTIGNANO. CASTEGLONO. ET CASIANO.

DE ANTEGNANO.

Antegnani et Castilioni inuestitura.

(S. T.) Anno domini. Millesimo. ducentesimo. tricesimo septimo Jndicione. decima die dominico. octauo. mensis. Marcij. Jn claustro. maioris. Ecclesie. Astensis rogatis testibus. Octone vicedomino. Thoma aycardengo. Rolando merzario. notario. Gallino et. Raymundo velleruto. dominus vbertus. Electus. Astensis. Jnuestiuit. dominum Guillelmum. de Antegnano. maiorem et Alium. Guillelmum. de Antegnano de ipsorum. iusto et recto. feudo. qui fidelitatem. Jurauerunt Et incontinenti requisiti. feudum. consignauerunt. boscum et vineam in Antegnano. Jllud quod habent. in hominibus. de castellono. pratum et poderium. quod habent in cassiano. feudum. scutarie. quod ab eis tenent. Cortesij. de cellis. illud quod. tenetur. ab eis. in posse. Reuilasci. Campum de crosa scura. Excepto Acquisto. Wiliermi valterij de cellis. decimam. quam tenent. in Antegnano. illud quod habent in taxerijs. excepto. sedimine. Amedei. feudum. quod ab eis tenent. Mascarus. et Germanus. de rupe. pecias. boschi. in Antegnano. ubi dicitur borge illud quod ab eis. tenet Abbellonius in Antegnano Et illud quod ab eis. tenet henricus. de casasco. (*nt*) (*nt*) Et Ego henricus. de morocio. palatinus notarius. hijs. interfui et rogatus. sic. scripsi.

CXC (1). [9 marzo 1237].

DE PONTESTURA ET CETERIS.

Contra dominum Marchionem montisferrati.

Jnuestitura Marchionis Montisferrati.

(S. T.) Anno. domini. Millesimo ducentesimo. trigesimo. septimo. Jn-

(1) F. 72 *r*.

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 72 *r*. — C. Ediz. in

Digitized by Google

dicione. decima. die lune nono. mensis. marcij. Jn Claustro. maioris Ecclesie Astensis vocatis et rogatis. testibus. domino Oberto comit(t)e. de blandrato. domino Ansermo. de gouono. domino Guillelmo viceco(m)mit(t)e. Nicholao scapita. Guifredo de plocio et Jacobo. de fossato. Judice. dominus vbertus. dei. gracia. Electus Astensis. inuestiuit. dominum. Bonefacium. Marchionem montisferrati. de suo. iusto et recto feudo. qui fidelitatem. Jurauit Et incontinenti requisitus. consignauit feudum. Caminum. pontem. de sturia. quamdam (2) partem. in sancto Saluatore et dixit se tenere Alia quam.plura que bene (3) scripta. erant. (*nt*) (*nt*) Et Ego henricus. de morocio. palatinus. notarius hijs. interfui et rogatus sic scripsi.

CXCI. [11 marzo 1237].

DE GOUONO.

Jnuestitura.

DE GOUONO ET PREOCHA.

Jnuestitura.

CRAUIANI.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo septimo. Jndicione decima. die Mercurij. xj. mensis. marcij. in Castro Gouoni. rogatis testibus, domino Anselmo Abbate. de Azano. Magistro. henrico. canonico. Astensi. domino. Guillelmo Alpherio. domino philippo. toma. domino Germano soldano. et Octone vicedomino. dominus vbertus. Electus. Astensis. Jnuestiuit. dominos Arditionem et Anselmum. de gouono. de ipsorum iusto et recto feudo. qui fidelitatem Jurauerunt. Et predictus Anselmus. homagium fecit. Et quia in gouono. duo fiunt homagia. Jdeo Arditio. filius. dicti. domini Arditionis. precepto et voluntate. patris. sui fidelitatem Jurauit et Aliud. fecit. homagium. Et incontinenti. requisiti. ut feudum. consignarent. terminum pecierunt (*nt*) (*nt*)

Et Ego henricus. de morocio. palatinus. notarius. hijs. interfui et rogatus sic. scripsi.

Jtem. inuestiuit. ibidem dictus. dominus Electus. Ricium. Ansermum. carbonatum. Petrum. cassiam et Ottonem mocium. de suo ipsorum iusto et recto. feudo. qui fidelitatem Jurauerunt. Et incontinenti requisiti. de feudo. consignauerunt. dicti. Ricius et Ansermus. quod tenebant Ab eo. omnes drictos. et omnia quarta. quos et que. in gouono habebant. Et petrus caxia. dixit quod quicquid (quod) habebat in Gouono. pro sua

---

Moriondo, *Mon. Aquensia*, I, 209, n. 195.

(2) C: quartam (3) C: tum

Digitized by Google

vxore. tenebat. ab Astensi Ecclesia. Jtem. Jnuestiuit. ibidem. dictus. dominus vbertus. Electus Astensis. dominum Jacobum de preocha de suis. Antiquis et rectis. feud(i)js. habitis a suis. Antecessoribus qui Jurauit. fidelitatem. Et incontinenti requisitus de feudo. consignauit. sedimen vnum. iuxta castrum. preoche. Et in Crauiano. tene tquartos et Alios. redditus. Jtem Jnuestiuit ibidem. dictus Electus. palacium gouoni. de suo iusto et recto. feudo. qui fidelitatem. Jurauit. Jtem. Jnuestiuit ibidem Nicholaum de monte de suo iusto et recto. feudo. Qui Jurauit. fidelitatem. Et precepit ei dictus. dominus. Electus. sub debito facte. fidelitatis ut equum. emeret pro seruicio. Astensis Ecclesie. faciendo.

CXCII. [12 marzo 1237].

DE GOUONO.

Jnuestitura.

(S. T.) Anno. domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo [*septimo*] (1) Jndicione. decima. die Jouis. duodecimo. mensis. marcij. Jn. Castro. Gouoni. vocatis. et rogatis. testibus. domino Anselmo. Abbate. de Azano. Magistro henrico. canonico Astensi domino Guillelmo. Alferio. domino philippo toma et domino Otello bucanigra. Congregatis. hominibus gouoni. comuniter. coram. domino vberto. Electo Astensi. Confessi fuerunt. quod. dare debent. domino Episcopo. Astensi. quando primo. venit gouonum. pro suis fidelitatibus recipiendis. vnum receptum. quod receptum dictus dominus Electus. fuit confessus recepisse. ab. eis. Jtem. Jbidem. predictus dominus vbertus. Electus Astensis. nomine Astensis Ecclesie et episcopatus contradixit. domino Guillelmo. de solerio. palacio et in genere omnibus feudatarijs. de gouono. ne feudum aliquod. Ecclesie Astensis vendant emant. acquirant. uel modo aliquo alienent. a. se uel ab Astensi Ecclesia. sine consensu ipsius Electi (*nt*) (*nt*) Et Ego henricus. de morocio. palatinus. notarius. hijs interfui et rogatus. sic. scripsi.

CXCIII. [13 marzo 1237].

DE CASTAGNETO.

Jnuestitura.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo tricesimo septimo. Jndicione. decima. die veneris. tercio decimo. mensis Marcij Jn Castagneto. prope. Castrum. vocatis et rogatis. testibus. domino Anselmo. Abbate.

(1) *Il notaio De Corgnato dimenticò il* septimo; *aggiungendolo, si ottiene la perfetta corrispondenza dell'indizione, del giorno del mese e di quello della settimana.*

Digitized by Google

de Azano. Magistro henrico canonico Astensi. domino philippo. thoma. domino Guillelmo. Alferio. domino. Ottello. bucanigra. et domino Germano. soldano. dominus vbertus Electus Astensis Jnuestiuit. Ruffinum. Girbaldum. Obertum. Cumbertengos et Ruffinum de iafa. de ipsorum iusto et recto feudo. Qui fidelitatem. Jurauerunt Et incontinenti requisiti consignauerunt feudum. quicquid tenent. in Castagneto (*nt*) (*nt*) Et Ego henricus. de morocio palatinus notarius hijs interfui et rogatus sic scripsi;

CXCIV (1). [18 marzo 1237].

DE MOROCIO BAENNIS SUPERIORIBUS ET VASCHO.

Recognitiones diverse.

(S. T.) Anno domini. Millesimo. ducentesimo tricesimo septimo. Jndicione. decima. die mercurij. quinto.decimo kalendas Aprilis. Jn Castro Morocij. vocatis et rogatis. testibus. domino Anselmo Abbate de Azano. domino Ottone de lauigijs. Magistro henrico. Canonico. Astensi. domino Anselmo. de montealto et octone vicedomino. dominus vbertus Electus. Astensis Jnuestiuit. dominos de morocio. de ipsorum iusto et recto feudo. qui Jurauerunt fidelitatem. scilicet. domini Ruffinus. Arnaldus. henricus Ruffinus. Otto. Pulixellus. Nicholaus. domine Cite. eius fratres. fredelicus et marescalcus. obertinus de Nouello. Martinus (2). Et Girbaldus. teste. Guislamerius. de bredulo. Mellia. Manfredus. luuo. Jacobus Abbas. et Jacobus. Armitanus. et sua. feuda consignauerunt. domini Arnaldus. et. Ruffinus. cum eorum. nepote. Ruffino. filio condam Gaschi. tenent id. quod habent. in castro et villa. Morocij Jn mirabello. et in clusa. in Bahenis. superioribus. et in. vasco. Et in omnibus. predictis. Castris. et villis. tenent ab Astensi Episcopo id quod habent. Otto pulixellus et henricus. Ruffinus. dominus Obertatius (3) tenet id quod habet. in predictis. locis. et in toto consortitu morocij. et in lupicinio. et in vico. Martinus et Girbaldus teste. tenent similiter. Et id quod habent in Castro et villa. Breduli Exceptis duobus mansis. et tenent id quod habent. in Montaldo et Ribruento. Manfredus. luuo et eius frater Mellia tenent illud. quod habent. in consortitu. Morocij et Breduli. et id. quod habent. in. Baennis. inferioribus Jn carrucho. et in vico. dominus Guislamerius. tenet illud quod habet. in Bredulo. exceptis. tribus mansis. et tenet id quod habet. in. Baennis superioribus et inferioribus

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 72 *r*. — C. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, II, 1397, doc. MDCCCXXXIII.

(2) F. 72 *v*. (3) B: Obertarius; C: Obertinus

Digitized by Google

in Carrucho. et in vico. Nicholaus. domine Cite. et frater eius Marescalcus. tenet illud. quod habent. in Bredulo. duobus mansis exceptis. Et id quod habent in montaldo. et Ribruento Jacobus Armitanus tenet. id quod habet. in morocio. Excepto eo quod hadet a. monesterio. Sancti Blaxij. et tenet. decimam quam habet. in gragnasco. et villanoua. Jtem. Jnuestiuit feudatarios Morocij. de ipsorum. iusto et recto feudo. qui fidelitatem. Jurauerunt. videlicet Jacobus. de frengo. vlricus uiotus. Guillelmus Alexander Bonefacius. milex. eius frater Ruffinus. Prandus. de lixio. eius. frater. Magister Andreas. et Guillelmus caciosus. qui debent seruire sua. feuda. personis. et equis. si poterunt. et Castra custodire. expensis episcopi. prandus. tenet illud quod habet in morocio et posse ab episcopo. Exceptis. sex iornatis. terre et tenet illud. quod habet. in vico pro sua vxore. et sua nuru. Magister Andreas tenet cum suis. cognatis. illud quod habet in morocio. in villanoua. et in bredulo. Bonefacius et Roffinus. milites. tenent Ea que fuerunt. quondam. Rascacij. et Guillelmi trabalchi. Jtem. Jnuestiuit. Sismundum. de plocio. de suo iusto. et recto feudo dicens quod eum. non Jnuestiebat. de feudo condam. Robaldi. dominarum. Qui Sismundus. fidelitatem Jurauit. (*nt*) (*nt*) Et Ego. henricus. de morocio. palatinus. notarius. hijs interfui et rogatus. sic scripsi.

Jn Nomine. domini Amen. Anno natiuitatis. eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo. quarto. Jndicione. septima. die secundo Septembris. Suprascripta. Exempla. siue. transcripta. sumpta. per. me Nicholinum. de Corgnato. notarium. infrascriptum. ex Autenticis. instrumentis. prefatis. venerabili viro. domino. Guillelmo. de bruxatis Juris utriusque. perito. Reuerendi. in xpisto patris domini Baldrachi. dei gratia Astensis episcopi vicario. generali. presentata et insinuata fuerunt. et in eius. presencia. per me ipsum notarium et alios. notarios. infrascriptos. ad ipsa autentica instrumenta Ascultata et examinata Et quia ipse. dominus vicarius. vtraque. per ordinem concordare cognouit. ut eisdem exemplis. adhibeatur. de cetero. plena fides. suam et Astensis. Ecclesie auctoritatem. interposuit et decretum Actum in Castro Baennarum presentibus. Andreono. de Sancta Victoria Canonico Sancte Marie de vineis. in Janua. et Thoma lectore clerico. testibus vocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Evs(s)ebius Allamanus de Cherio publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascripta Exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de Corgnato notarium infrascriptum ex Autenticis Jnstrumentis prefactis vna cum ipso Nicolino et Guillelmo Cuniberto Notarijs infrascriptis ad ipsa Autentica instrumenta in presencia prefati domini vicarij inspicientis Ascultaui et examinaui et Quia vtraque per ordinem concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato (et) [*in*] eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et Signo meo consueto Signaui

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta

Digitized by Google

per Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum ex Autenticis instrumentis prefactis vna cum heusebio Allamano de cherio notario suprascripto in presencia dicti domini vicarij diligenter inspicientis fideliter Ascultaui et examinaui Et quia utraque concordare [*cognoui*] in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus de Corgnato. de Baennis inferioribus. Astensis. diocesis. publicus Jmperiali. Auctoritate notarius. Suprascripta. Exempla. siue transcripta. ex autenticis. instrumentis prefatis. fideliter sumpsi Et postmodum. in presencia prefati. domini vicarij inspicientis. vna cum Eusebio et Guillelmo. notarijs antedictis ad ipsa Autentica Ascultaui Et quia vtraque concordare cognoui. de ipsius. domini vicarij. mandato. in eorumdem Exemplorum plenam fidem et testimonium. me subscripsi et Signo meo consueto Signaui;

CXCV (1). [23 e 25 marzo 1237].

DE NONO ET DE MOROCIO.

Jnuestitura Sancti Albani et alie.

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo. tricesimo septimo Jndicione. decima. die lune. decimo kalendas Aprilis Jn Claustro. maioris ecclesie Astensis vocatis et rogatis testibus. domino. BonoJohanne. forma. magistro henrico canonico. Astensi Jacobo brutea et hominedei. gallo. dominus vbertus. Electus. Astensis Jnuestiuit. Ruffinum et Jacobum filios. condam. Robaldi. gardini. de ipsorum. iusto et recto. feudo. qui Jurauerunt. fidelitatem et incontinenti requisiti. feudum. consignauerunt. decimam. quam tenebant. in foresto. noui. Jtem Eodem Anno. die mercurij viij. kalendas. Aprilis. in maiori. Ecclesia. Astensi. vocatis et rogatis. testibus. domino leone marchione. Ceue magistro henrico Canonico Astensi. et domino Anselmo. de quiliano. dominus. vbertus. Electus Astensis. Jnuestiuit. dominum Robaldum. de drua. de suo. iusto et recto feudo qui Jurauit. fidelitatem Et requisitus. incontinenti feudum consignauit. videlicet totum illud. quod habet et tenet. in Castro villa territorio et posse. Sancti Albani Jtem. Eodem Anno die Jouis. septimo. kalendas Aprilis. predictus dominus vbertus. Astensis. Electus inuestiuit Alexandrum. de iaffa. de suo iusto et recto feudo. qui Jurauit. fidelitatem. Et incontinenti requisitus feudum consignauit illud silicet quod in morocio. habebat. (*nt*) (*nt*) Et Ego henricus. de morocio palatinus. notarius. hijs interfui et rogatus. sic scripsi.

CXCVI. [27 marzo 1237].

Jnuestitura Montisalti et Summeripe.

(S. T.) Anno domini. Millesimo. ducentesimo tricesimo. septimo. Jndi-

(1) F. 73 *r*.

Digitized by Google

cione. decima. die veneris. sexto kalendas. Aprilis in platea vicie sub vlmo. vocatis et rogatis (1). testibus. domino. Qualia. de gorzano. domino Alpherio. de Ast. Sozo. de sancto Juliano et domino. Ruffino. de gorçano..dominus vbertus. Electus. Astensis. Jnuestiuit. dominos. Nicholaum et. Bonefacium de Montealto. de ipso[*rum*] iusto et recto feudo et Similiter. Guillelmum de Summarippa. qui fidelitatem Jurauerunt (*nt nt*) Et Ego henricus de morocio palatinus. notarius. hijs interfui et rogatus. sic scripsi;

CXCVII. [11 settembre 1270].

SUMMERIPE DE PATERNO ET TEUOLETI.

Sumeripe perni Jnuestitura.

Jn nomine domini nostri yhesu xpisti Anno a natiuitate eius. Millesimo. ducentesimo Septuagesimo. Jndicione. tertiadecima. die Jouis vndecimo. mensis Septembris. Actum super. Castro vicie in. diocesi Astensi. coram. testibus. infrascriptis. Dominus. fredelicus. filius. condam. domini Conradi. de Summarippa dominus Conradus. et Manfredus. fratres. filij. condam. domini Jacobi de Summarippa. et dominus Conradus filius condam domini Guillelmi. de summarippa. de paterno. venerunt Coram. domino Conrado. dei gratia episcopo. Astensi et dixerunt ibi et confessi fuerunt. ad postulationem. dicti domini Conradi (1). Astensis episcopi stipulanti. nomine. episcopatus et. Ecclesie Astensis. quod patres et antecessores sui Antiquitus. tenuerunt. in nobile et gentile feudum. et ipsi nunc tenent et habent. in nobile et gentile feudum a domino Episcopo et Ecclesia Astensi. totum. Castrum et villam et Jurisdictionem et contile. dominium. et segnoriam loci Summerippe de paterno. et tres partes. teuoleti. Et renunciauerunt ne aliquo tempore. possent aliter dicere. uel uenire. contra. hanc confessionem. Qui. omnes requisiuerunt. ab ipso domino Episcopo. quatenus nomine Episcopatus et. Ecclesie Astensis. confirmet eis dictum feudum. pro partibus competentibus. cuilibet. eorum. et eos de ipso feudo. inuestiat tamquam. de nobili et gentili feudo. eorum Antiquo Auito et proauito. Qui dominus Episcopus. nomine episcopatus et Ecclesie Astensis saluo primo omni Jure Astensis Ecclesie et episcopatus et comuni[*s*]. aliarum personarum. confirmauit. eis. dictum feudum. et eos. de ipso feudo. tamquam de eorum recto feudo et nobili et Antiquo. Auito

(1) *L. V.*: et rogatis et rogatis

(1) nradi *è riscritto su raschiatura.* (2) *Segue espunto*: vitam (3) *L. V.*: petitum. petitum.

Digitized by Google

et proauito. cum baculo. quem in manu. tenebat. inuestiuit. Qui vassalli. omnes ibi incontinenti. tactis sacris. scripturis. Jurauerunt corporaliter. ad Sancta dei Euangelia fidelitatem. predicto. domino episcopo et suis catholicis successoribus. recipienti suo nomine et Episcopatus et Ecclesie. Astensis. et quod ab hac hora in antea. erunt. fideles. domino Episcopo et Ecclesie. Astensi. Et quod non erunt in (loco) aliquo consilio uel tractatu ubi dominus Episcopus. nec aliquis de capitulo Astensi. amittant vitam uel membrum uel suum honorem. nec ubi (2) Jura Astensis Ecclesie. aminorentur. Et si sciuerint. aliquos uel aliquem. volentes hoc facere. uel tractare suo posse prohibebunt Et si non possint. prohibere citius quod poterunt. per se uel suum certum nuncium. domino Astensi. Episcopo manifestabunt. Consilium. si ab eis petitum (3) fuerit. per dominum episcopum Astensem. bona fide dabunt. Et Credenciam. eis commissam. ab ipso. domino Episcopo. nulli manifestabunt. sine. eius voluntate. et quod bona fide et toto suo posse. Juuabunt. dictum. dominum Episcopum et eius successores. tenere et. manutenere. et deffendere Castra et villas. et. Jura Astensis Ecclesie. et hec et alia omnia. et singula que in sacramento fidelitatis. continentur. Que omnia. eis. ibi. dicta fuerunt Attendent et obseruabunt. et eciam quod nullo modo vendent uel alienabunt. nec inpignorabunt uel obligabunt. dictum feudum. uel ius. quod in ipso habent. sine licentia et consensu. dicti. domini Episcopi ac successorum. Qui dominus. Episcopus ibi incontinenti. precepit. eis sub pena Amisssionis. feudi predicti. quod nullo. modo ipsum vendant uel alienent. nec pignori. obligent et non impignorent sine consensu et voluntate. dicti. domini episcopi Astensis Jnterfuerunt ibi vocati et rogati. testes. dominus Manuel. comes. de blandrato. dominus Guillelmus de baldeseto. dominus. Roffinus. de montealto. dominus. Bonifacius Archipresbiter plebis vici et Johannes dauitus. notarius.

(S. T.) Ego Lafranchus de flochis. Jmperiali Auctoritate notarius. hijs interfui, et hanc cartam. Rogatus scripsi;

CXCVIII (1). [19 luglio [1119]].

SANCTI SALUATORIS.

Jnuestitura Sancti Saluatoris.

+ Dominus Obertus Marchio quod possidebat. ex parte. Ecclesie Astensis. in loco sancti Saluatoris. refutauit in manu domini landulfi. Astensis Episcopi. Et ipse reddidit ei. quod debet esse fidelis. Astensi Ecclesie.

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 73 *r*. — C. Ediz. in Ughelli, IV, 360, n. XXVIII. — D. Ediz. in Moriondo, I, 46, n. 34, e 642, l. 24.

Digitized by Google

et ipsi episcopo et suis Successoribus et factum est hoc Equitantes. per viam inter occimianum et frascenetum. in presencia bonorum hominum. idest dominus vulielmus montimagni. et Marchio uiarisij. et presbiter. Germanus Sancti. Johannis. mediliani. in die Sabati. quartodecimo. kalendas Augusti. Anno ab incarnatione. domini nostri yhesu xpisti Millesimo. Centesimo. nonodecimo. Jndicione. duodecima feliciter.

Ego. presbiter. Germanus. rogatu ipsorum. scribere feci.

CIC. [1 agosto 1270].

BAUDISSETI.

[*Juramentum deffendere*
Ecclesiam Astensem contra omnes personas excepto]
contra dominum Marchionem Saluciarum.

Jnuestitura Baudisserij.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo Septuagesimo Jndicione. tercia decima. die primo. mensis Augusti. Actum in Castro veze coram domino Manuele. de cochonato. et domino. Manfredo. de coconato. et domino Bonuexino de vida. Judice.' (1)de Castro Aynaldo. testibus vocatis et rogatis. Confessus fuit. dominus Guillelmus de Baudesseto. quod ipse tenet et possidet a. domino Conrado. dei gratia. Episcopo Astensi. et ab Ecclesia Astensi. quartam partem (2). Castri ville iurisdictionis. contilis et territorij. et dominij. hominum et honoris et posse. dicti loci. Baudesseti. et de ipsa quarta parte. Jurauit fidelitatem. ipsi. domino episcopo. nomine Ecclesie et episcopatus Astensis. Et de alijs tribus partibus. dicti loci. facere pacem. et guerram pro dicto domino. Episcopo et Ecclesia Astensi. et ipsum dominum episcopum. et. Ecclesiam. et. episcopatum. Astensem. et terram Astensis. Ecclesie. iuuare. manutenere. et deffendere. contra. omnes personas. excepto contra. Marchionem. Saluciarum et terram. ipsius. domini Marchionis. versa. vice. Supradictus. dominus. Episcopus. suo nomine. et nomine Astensis. Ecclesie. et episcopatus Astensis. Jnuestiuit. predictum Guillelmum. pro se et suis heredibus masculis et feminis. de predicta quarta parte predicti. Castri Baudesseti et ville et. Jurisdictionis contilis et dominij. hominum et honoris. territorij et posse. predicti. loci Baudesseti tamquam. de nobili et gentili feudo. Et promixit suo et predicto. nomine. predicto guillelmo. stipulanti adiuuare manutenere. et deffendere predictum. Castrum. villam. territorium. et posse dicti loci. Baudesseti. contra omnes personas. Excepto contra. Ecclesiam. Romanam et eius nuncios. et

(1) *La lacuna è nel L. V.* (2) F. 73 *v.* (3) *Segue cancellato*: dili

Digitized by Google

Marchionem. Saluciarum et terram. ipsius marchionis. Et de predictis. iussa sunt. fieri. duo. instrumenta vnius et eiusdem. tenoris. composita. Ego Johannes dauitus. notarius publicus hanc cartam sic scripsi. rogatus

Jn Nomine domini Amen. Anno natiuitatis. eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo. quarto Jndicione. septima. die secundo. Septembris. Suprascripta. Exempla. siue. transcripta. sumpta. per. me. Nicholinum. de Corgnato. notarium. infrascriptum. ex autenticis. instrumentis. prefatis. venerabili. viro. domino. Guillelmo. de bruxatis. Juris. utriusque perito. Reuerendi. in xpisto. patris domini. Baldrachi dei gratia. Astensis. Episcopi. vicario. generali. presentata et insinuata fuerunt. et in. eius presencia. per. me ipsum. notarium. et Alios notarios. infrascriptos. ad ipsa autentica. instrumenta. ascultata et examinata. Et quia. ipse dominus vicarius. vtraque. per. ordinem. concordare cognouit. ut eisdem. Exemplis. adhibeatur. de cetero. plena fides. suam et Astensis Ecclesie. Auctoritatem. interposuit et decretum. Actum. in Castro Baennarum. presentibus. Andreono de Sancta victoria. canonico. Sancte. marie. de vineis. in Janua. et Thoma lectore clerico. testibus. uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Evs(s)ebius Allamanus de cherio publicus Jmperiali auctoritate notarius Suprascripta Exempla Siue transcripta sumpta per Nicolinum de Corgnato notarium infrascriptum ex autenticis Jnstrumentis prefatis vna cum ipso Nicolino et Guillelmo Cuniberto notarijs infrascriptis ad ipsa autentica instrumenta in presencia prefati domini vicarij inspicientis Ascultaui et examinaui et Quia vtraque per ordinem concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et Signo meo consueto Signauj

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum ex Autenticis instrumentis prefactis vna cum ipso Nicolino et heuseblo Alamanno de cherio notario suprascripto in presencia dicti domini vicarij ad ipsa diligenter inspicientis (3) fideliter Ascultaui Et examinaui Et quia vtraque per ordinem concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate. notarius suprascripta. Exempla. siue transcripta. ex Autenticis instrumentis. scriptis. manibus. notariorum in ipsis. descriptorum fideliter Sumpsi. Et postmodum. in presencia. prefati. domini vicarij. inspicientis. vna cum Eusebio et Guillelmo notarijs suprascriptis. Ascultaui et examinaui. Et quia. vtraque concordare cognoui. in eorum exemplorum testimonium et plenam fidem. de ipsius. domini vicarij mandato. me Subscripsi et Signo. meo consueto Signaui :,

CC (1). [22 aprile 1319].

VILE CORSEMBRADJ.

Fidelitas prestita ab hominibus Consembradi.

J[N] Nomine domini Amen Anno natiuitatis. eiusdem Millesimo. Tre-

Digitized by Google

centesimo. decimo.nono. Jndicione secunda. die XXIJ^a mensis. Aprilis coram me notario et testibus infrascriptis. Congregato et conuocato consilio Villenoue. Sancti Secundi de corsembraudo. domini Episcopi et Ecclesie Astensis diocesis astensis. more solito et loco consueto ad sonum campane et uoce preconia de precepto. et mandato. venerabilis. viri. domini. Ruffini. de Sancto martino Archipresbiteri Ecclesie Astensis vicarij generalis. domini Guidonis. dei. gratia episcopi Astensis. Ac. Nobilis viri. domini Johannini. de Aquis. potestatis. dicte ville in quo consilio. fuerunt et conuenerunt homines (2). consiliarij et credendarij. de consilio et credencia dicte ville. quorum. nomina sunt hec, henricus. pellegrinus. Petrus. berutus. Obertus. salotus (3). Petrus. Albus. Jacobus. lupus. vbertus lupus. Petrus lupus. Jacobus pellegrinus. Guillelmus follus. vercellus bonellus. Jacobus de porta. vercellus de Monterotundo cui dicitur. Cignonus. Petrus minellus. henricus. capa. Guillelmus. damianus. Guillelmus capa cui dicitur Marchisius. Maylanus segnor. facinus. segnor Johannes doglus. Simoninus. de mola. Petrus vitalis. facinus pulixellus. Jacobus. olius. Mucius ferrarius. Obertus borrellus. facinus. de playa. cui dicitur. nasus. Robardus (*sic*). vasetus. vercellus barberius. Obertus. guiglotus (3). Guiglonus. zafirus. Mazolius. girardus Jacobus zafirus. vercellus. galuffus. Ansaudus galegarius. Guillelmus blancus. obertus. cellinus. Obertus. as(s)inellus. et. Oddinus. papa. Confitentes predicti. potestas et consilium quod Consiliarij. et credendarij. sunt et esse debent de consilio et credencia. dicte ville. in vniuerso. Quadraginta. predictus. dominus potestas. cum consensu et uoluntate. dicti. consilij. consiliariorum et Credendariorum. omnium predictorum. Et ipsi Consiliarij et Credendarij cum Auctoritate et consensu. ac decreto dicti. domini potestatis. Jnterrogati. de ore ad os. et facto partito. nemine discrepante. de licentia. dicti domini vicarij. voluntate. dicti. domini episcopi. et successorum suorum. reseruata. fuerunt. statuta seu capitula. infrascripta. Jn primis (4) quidem ad honorem dei et beate marie. Semper virginis ac beati Secundi. martiris. patronis. et euocabili. dicte ville et ad honorem domini episcopi et successorum suorum. et ecclesie Astensis. pro bono statu et tranquilitate et conseruatione. et tuitione(m). dicte ville et hominum. et comunis. ipsius ville. Statuerunt. ordinauerunt. voluerunt. et promixerunt. dicto domino vicario. et michi notario. infrascripto. tamquam publice persone. recipienti nomine et uice dicti domini episcopi et successorum. suorum et Ecclesie Astensis. eorum. nominibus. et eorum heredum esse ipsi et eorum heredes. fideles et legales. in. perpetuum ipsi. domino episcopo. et successoribus suis et Ecclesie. Astensi et quod

(1) F. 74 *r*. (2) homines con *è d'altro inchiostro*. (3) *L'o non è ben*

Digitized by Google

ipsi et heredes sui. et eorum successores habitantes. ad. presens. et qui habitabunt. in posterum in dicta villa. ipsam villam. Jurisditionem et dominium. custodient et conseruabunt. toto posse in dominio et sub dominio. dicti domini episcopi et successorum suorum et Ecclesie Astensis Et quod ipsi uel heredes sui ac homines et Comune dicte ville per se uel. per alios. publice. uel oculte. non procurabunt. uel tractabunt. procurari. uel tractari. permittent. nec procurantibus uel tractantibus. eciam. consencient. verbo. uel. facto. quod dicta villa. Jurisdicio. et territorium. seu ipsorum dominium. seu ipsam possessionem uel quasi possessionem perueniat. in aliquas. personas. uel personam. Ecclesiasticam uel secularem. collegium uel universitatem. seu comunitatem. modo aliquo. uel aliquo [*ingenio*]. uel sub alio uel. quocumque colore modo uel forma Si uero. dictum Comune. Consilium et homines. dicte uille. nunc uel im posterum. uel heredes seu successores. ipsorum. per se uel alios. publice uel occulte. contra predicta uel aliquo[*d*]. predictorum. facerent uel consentirent aliquo modo. uel. ingenio uel. eciam societatem Juramenta ad vnitionem. pacta conuentiones. obligationes. facere. Attentare. procurare. conuenire uel tractare presumerent. [*aut*] essent. omnes et singuli presentes. pariterque futuri. dicte ville. et inhabitantes. et habitaturi in villa in. predictis uel aliquo. predictorum. culpabiles. perpetuo. sint. infames. proditores et rebelles. dicti domini. episcopi et successorum suorum. et Ecclesie Astensis et dicti comunis. Et quod (5) omnia. bona mobilia et immobilia. dicti comunis et omnium. et singulorum dicte ville. presencium et futurorum qui comuniter uel diuisim. contra. predicta. uel aliquo[*d*]. predictorum. in predictis. essent uel inueniri possent culpabiles. sint ex nunc prout ex tunc. confiscata et confiscata. intelligantur. dicto domino episcopo et ecclesie. Astensi et successorum. suorum (*sic*). Et tam. dictum Comune quam singulares. persone. si contra. predicta. uel aliquo[*d*]. predictorum. aliquo modo facerent. uel contrauenirent. de iure uel. de facto. omnibus bonis suis. mobilibus et immobilibus. que habent. in dicta villa. posse uel territorio sint priuati. quoad omnia. hoc eciam. Addito. quod dictus. dominus. episcopus. Astensis et successores. ipsius. et Ecclesie. Astensis. proditores et infames. huiusmodi. ut superius. continetur. possint. capere. habere. Accipere. et Accipi facere. conuenire et conueniri facere. in dicta villa. vbique. locorum. realiter et personaliter. tamquam. proditores. domini. episcopi. Astensis. presentis et successorum suorum. et Ecclesie Astensis. libere et impune propria Auctoritate sine contradicione. aliquarum. personarum uel eciam. dominorum. quia ita

---

decisa; *potrebbe anche essere una* e (4) *In margine, di carattere del sec.*

Digitized by Google

ordinatum et Actum est in dicto consilio per dictum potestatem et consiliarios. Contra uero. presens statutum. et omnia et singula que in presenti capitulo. continentur non possit. peti cognitor uel cause Cognitio. nec interposicio. fieri sed intelligatur. ad litteram. sicut ipsa littera sonat. sine aliquo. extraneo. uel extrinseco intellectu. Et ne pretestu. ignorancie. ad presens uel im posterum. Aliquis. de dicta villa se uellet. excusare seu hoc presens statutum obliuioni. traddatur. voluerunt dicti. potestas et consiliarij quod bis. uel ter. hoc Statutum. publicetur in Anno. in consilio. uel publico parlamento. Jtem Statuerunt. et ordinauerunt ac decreuerunt. quod omnia sedimina. et edifficia dicte ville Assignata. a terminis et Assignanda usque. ad vnum. mensem in dicta villa. seu restricta dicte ville et Cambia seu permutationes facta. et facte. inter homines et personas. hinc inde factas. cum consensu. dicti (6) d o m i n i (7) potestatis. Ac petri vialis. petri. beniti. Mailani Segnoris. henrici pellegrini. dicte ville Sapientum et deputatorum per dictum. dominum vicarium et potestatem dicte ville tam extra forciam et restrictam dicte ville. quam. intus sint libere et exempta A qualibet. seruitute seu dominio cuiuscumque persone. Saluis honore dominio et iurisditione dicti domini episcopi et successorum Et Ecclesie Astensis. Et quod omnes et Singuli dicte ville. presentes et futuri dicta Sedimina edifficia uel aliquis (8) eorum. quibus data et Assignata sunt. vendere. permutare. in emphiteosim dare uel aliquem contractum alienationis. de ipsis. uel aliquo ipsorum. facere non possint alicui persone siue personis et eciam. in solutum. dare sine consensu. potestatis uel consilij dicte ville. uel secundum formam Capitulorum ville predicte. Si uero contra. tenorem huius Statuti seu statutorum. dicte ville et sine Auctoritate potestatis. dicte ville dicta Sedimina. uel aliqua ipsorum. aliquis. de dicta villa alienare. presumeret. uel contractum alium. faceret. [*de*] ipsa sedimina (*sic*). et omni iure. eis. uel aliquis. ipsorum. Acquisitis. in dictis sediminibus. uel aliquo eorum. ipso iure sint. priuati et Sedimina predicta Alienancium ipsa sedimina. perueniant. in dictum. dominum episcopum. eiusque successores. Jtem statuerunt et ordinauerunt. quod omnia sedimina Assignata. et Assignanda. usque. ad vnum. mensem. hominibus. dicte ville. et alia Sedimina extra dictam forciam seu restrictam. in cambium. data. seu. permutata. occaxione. dicte forcie. et restricte facte. teneantur potestas et consilium et comune dicte ville. proprijs expensis deffendere et manutenere. de iure et de facto. contra. quascumque. personas. sub pena dupli. secundum quod Sedimina. huiusmodi. valerent uel extimata. essent. pro tem-

---

XV: capitula (5) *Segue cancellato*: hec (6) *L. V.*: dicti dicti (7) *Lo-*

Digitized by Google

pore in consimili lôco. Cum expensis dampnis et interesse. Et hoc sine strepitu iudicij et figura. uel. eciam oblatione. libelli. uel aliqua iuris Auctoritate. denunciandi. Jtem statuerunt. et ordinauerunt. quod aliqua persona. que non sit oriundus seu predecessores. ipsorum de. dicta villa. seu territorio. uel. iurisdictione dicti. domini episcopi et Ecclesie Astensis uel que non faceret uel. fecisset. fidelitatem dicto. domino. Episcopo. uel successoribus. suis. non possit stare. uel habitare uel in habitatorem. Recipi. seu in incolam. in dicta villa. seu restricta. sine licentia. dicti. domini. episcopi. et successorum. (9) Suorum. uel. potestatis et consilij. dicte ville. Si uero dictum Comune. uel aliqua persona. dicte ville. contra presens statutum. facere[t] pro qualibet vice et pro quacumque persona. libras. decem. incurreret. ipso facto. Cuius pene tercia pars. Applicetur. domino Episcopo Astensi. tercia uero pars..potestati dicte ville et alia tercia. pars. dicto comuni. Jtem statuerunt et ordinauerunt. quod in dicta villa seu restricta dicte ville non possit aliqua persona habitare uel stare. nec recipi in habitatorem ville predicte. seu restricte que sit bannita. de sua terra. propria. uel eciam Aliena. aliquo modo sine licencia. dicti. domini episcopi. Jtem statuerunt et ordinauerunt. quod. predicti. potestas. et successores ipsius Et Comune. teneantur et debeant. precise. dicta statuta sine aliqua. interpretatione. seruare uel aliquo extrinseco. intellectu. sbu pena librarum. vigintiquinque. Astensium ultra. omnes alias. penas. predictas. pro. qualibet vice. et qualibet persona. et dictis. penis solutis et qualibet ipsarum. dicta. statuta et quelibet. ipsarum. in sua. permaneant. firmitate. Cuius. pene. tercia. pars. domini Episcopi sit et successorum suorum. Et alia. tercia. pars potestatis dicte ville et alia tercia pars. Comunis. dicte ville. Jnsuper voluerunt ac protestati fuerunt tam. dictus dominus vicarius. nomine domini. Episcopi et Ecclesie Astensis. et successorum suorum. quam dicti dominus. potestas et consilium. nomine dicti comunis quod [*per*] predicta Statuta uel aliquo[*d*]. (10) ipsorum uel aliqua que in dictis capitulis. continentur. non intendunt. nec volunt. remouere pacta Et conuentiones promissiones. obligationes. que sunt et facta sunt. inter dominum Episcopum. et Capitulum. Ecclesie Astensis. ex vna parte et Comune seu. homines. dicte ville ex altera. Sed omnia et singula. contenta in dictis Statutis. et ipsa Statuta. addunt. dictis pactis et conuentionibus. Et obseruari voluerunt. et obseruari statuerunt. pro bono statu. dicte ville. Actum in villa Sancti Secundi. de Corsembraudo in oratorio. Sancti Anthonij. presentibus. dominis Presbitero Taurino. Cappellano Astensis. Ecclesie. Presbitero. Jacobo. ministro Ec-

---

spaziato in sopralinea è abbreviato. (8) *L. V.*: aliqua (9) F. 74 *v.*

Digitized by Google

clesie Sancti Albani. de garabello et dicti oratorij. Et Conrado. de monte cui dicitur morutus. Magistro. Nicholao notario. et fazono pellacia. et Gorzano bruno. testibus vocatis et rogatis. Eadem. die dictus. dominus vicarius. in publico parlamento. seu Arengo. dicte ville. loco consueto. et more solito congregato. Et eciam. dictus. dominus. potestas. legi et publicari fecit. dicta Statuta. Quibus quidem Statutis publicatis. in ipso parlamento. comuniter et indefferenter. dicta Statuta. et quo[*d*]libet ipsorum. fuerunt. per dictum. potestatem. et parlamentum et (11) homines esistencium. in dicto parlamento. Approbata. et ratificata fuerunt. Actum in dicta villa. in sedimine. domini panzie. pellete prope. dictum oratorium. presentibus. dictis testibus et eciam. domino. Jerbaudo. de Corsembraudo testibus vocatis et rogatis;

(S. T.) Et Ego Georgius. rappacius. publicus. Jmperiali. Auctoritate notarius. vna cum dictis testibus. predictis omnibus interfui. et rogatus sic scripsi. Et Signum. meum Apposui consuetum. in testimonium veritatis.

Jn Nomine domini Amen. Anno natiuitatis. eiusdem. Millesimo Trecentesimo quinquagesimo quarto. Jndicione septima. die sextodecimo mensis Octubris. Suprascriptum Exemplum siue trascriptum sumptum. Ex autentico instrumento prefacto. per me Nicholinum de Corgnato notarium infrascriptum. venerabili viro domino Guillelmo de bruxatis. iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et Apostolice sedis. gratia Episcopi Astensis Vicario. generali presentatum et insinuatum fuit. Et in eius. presencia per me ipsum notarium et alios notarios infrascriptos ad ipsum Autenticum instrumentum abscultatum et examinatum Et quia ipse dominus vicarius. vtrumque per ordinem concordare cognouit. vt eidem Exemplo adhibeatur. per quoslibet plena fides. Suam et Astensis Ecclesie Auctoritatem interposuit et decretum Actum in Castro Baennarum presentibus. Andreono de Sancta victoria. canonico Sancte Marie de vineis. in Janua. et Thoma lectore clerico testibus vocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius. suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium ex Autenticis instrumentis prefactis vna cum ipso Nicolino et Nicolino de bruxatis notarijs infrascriptis in presencia dicti domini vicarij Ad ipsa diligenter inspicientis fideliter abscultaui et examinaui et quia vtrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem (12) exempli testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Bruxatis de nouaria. publicus Jmperiali Auctoritate notarius Supras(s)cripta exempla siue tra(s)scripta sumpta per nicolinum de corgnato notarium ex autentici(ci)s instrumentis prefactis vna(a) cum guillelmo cuniberto suprascripto et nicolino de corgnato Jnfrascripto notarijs Jn presencia dicti domini vi-

---

(10) *Segue cancellato con sottoposta punteggiatura*: predictorum (11) *L. V.*: et et (12) *L. V.*: eorumdem

Digitized by Google

carij ad ipsa diligenter inspicientis fideliter Ascultaui et examinaui et quia vtraque concordare Jnueni de Jpsius domini vicarij mandato in eiusdem (12) exempli testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego. Nicolinus de Corgnato. de Baennis. inferioribus. Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius. hec Exempla siue. transcripta. ex autenticis instrumentis prefatis. fideliter sumpsi. Et postmodum. in presencia prefacti. domini vicarij. inspicientis. vna cum Guilelmo et Nicholino notarijs antedictis. ad ipsa Autentica instrumenta diligenter abscultaui et examinaui Et quia vtraque. per ordinem concordare cognoui. de ipsius domini vicarij mandato. in eorumdem. Exemplorum. plenam fidem et testimonium. me subscripsi et signo meo consueto signaui.

CCI (1). [24 gennaio 1279].

DE MULTIS CASTRIS TERRA AST.

Absolucio ab excommunicacione petita a Ciuitate Ast ex causis hic expressis.

JN nomine. domini. nostri yhesu xpisti. Anno. a. natiuitate eius. Millesimo. ducentesimo. Septuagesimo. Nono. Jndicione septima. die vicesimo. quarto mensis. Januarij. Actum Ast Super voltis. Ecclesie. de dom. Coram. testibus. infrascriptis. Jn pleno et generali. consilio. Ciuitatis Astensis. ibidem. more solito congregato. per Sonum Campane et vocem. preconis. Cum. henricus. de Castagneto in presencia. Reuerendi. patris domini Conradi. dei gratia. Episcopi Astensis. Constitutus. nomine et a. parte. potestatis Astensis Ac Rectorum Societatum. et Credendariorum. consilij Ciuitatis ipsius. quorum. Sindicus. est. et specialis procurator. ad hec constitutus. prout constat per publicum. Jnstrumentum. factum A petrino. morando. notario hoc Eodem Anno. die et indicione. instanter peteret. et humiliter Supplicaret. predicto domino episcopo. quatenus Secundum. formam. Ecclesie predictos (2). potestatem. Rectores et consiliarios. siue. ipsum Sindicum et procuratorem. nomine ipsorum. a. Sentencia excomunicationis. quam. incurrerunt pro eo quod ipsi nomine comunis. Astensis contra. tenorem. precepti et constitutionis. domini Astensis Episcopi. solempniter. edite et publice promulgate venientes ut dicit ipse dominus. Episcopus. infrascripta. Castra. et loca emerunt. et alijs pactionibus Acquisiuerunt. Et ex ipsis quedam alia occupauerunt que nunc. in graue dampnum Episcopatus et Ecclesie Astensis illicite. detinent. occup(p)ata. videlicet Castrum. villam et Jurisdictionem. Montismagni. Cum pertinencijs. suis. Castrum. Ca-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 75 *r.* — C. Ediz. in *Cod. ast.*, IV, 46, n. 1024.

(2) dictos *è aggiunto con altro inchiostro, in luogo di* fatos *cancellato.*

Digitized by Google

stelleti. et villam Castrum et villam laureti. Castrum et villam Anterixij. Castrum et villam beluideris. Montem raynaldum. locum. desay(i)e. Castrum. et villam cerexolarum. Castrum et villam Summeripe de busco locum et villam Marcellengi. cum. Jurisdictione. Castrum et villam Gorzani Medietatem ville. Castri. Noni. Octauam partem Castri et ville preoche (3). Que omnia loca. tenentur in feudum ab Astensi Ecclesia. uel alio modo. Jdem. dominus Episcopus Absoluere. dignaretur. Offerens se paratum predicto nomine in animas ipsorum. omnium et singulorum. iurare. stare. mandatis. ipsius domini episcopi et ecclesie et eiusdem parere et obedire. cum effectu. monitis et preceptis. que occaxione. predicta. sibi nomine quo. Supra. duxerit facienda. Predictus. dominus. episcopus tamquam benignus. pater. Supplicationibus et postulationibus. predicti Sindici. et procuratoris. inclinatus sub spe et intencione future relaxacionis. et expeditionis. predictorum castrorum. et locorum et aliorum Jurium. Astensis Ecclesie. Sibi et Astensi Ecclesie. faciende. uel satisfactionis et concordie secum. proinde faciende. recepto prius ibi iuramento ab eodem Sindico et procuratore. de parendo suis. et Ecclesie preceptis super predictis. et occaxione predictorum predictam Excomunicationis Sentenciam relaxauit. Et ipsum Sindicum predicto. nomine. et ipsos per eum. pocius. potestatem. Rectores et Consiliarios a predicta Sentencia Excomunicationis absoluit. Qua absolutione predicte Sentencie. excomunicationis. facta. predictus. dominus. episcopus. ibidem incontinenti. Jn pleno consilio. comunis Astensis. per sonum. Campane et nuncium. comunis. more. solito. congregato. predictum Sindicum. et procuratorem nomine quo. Supra. Amonuit solicite. inducendo. et exortando Eumdem. Eidemque. nichilominus. districte. precipiendo ut ipse. nomine predicto. sub debito. prestiti. Juramenti. Et ipsi. potestas. rectores et Consiliarij. usque ad festum Sancti. petri. de Junio. proximo predicta Castra et loca et Jurisditiones. et Jura ipsi domino. Episcopo. nomine Ecclesie Astensis libere debeant relaxare. et expedire. Jn hijs et de hijs. omnibus que in predictis. Castris. locis. Jurisditionibus. et Juribus et Alijs omnibus. predictam Ecclesiam. contingere videntur siue teneantur in feudum siue alio modo. ab Ecclesia supradicta. aut infra. predictum. terminum. cum. predicto. domino episcopo. et Ecclesia Astensi satisfactione congruenti. studerentur Amicabliter concordare. et conuenire. Super omnibus et de omnibus. et Singulis. supradictis. Quod. si alterum. predictorum non duxerint faciendum et adimplendum. infra terminum. supradictum. predictus. dominus Episcopus ex nunc. ut ex tunc sentencialiter. in hijs scriptis. Eosdem potestatem. Rectores et consiliarios et. quoslibet

(3) *In margine, di carattere del sec. XIV*: de nono de preocha

Digitized by Google

et Singulos. eorum. in Eamdem. Sentenciam. excomunicationis reducit. in qua erant occaxionibus predictis. Et A qua dictus Sindicus. nomine predictorum est per dictum dominum Episcopum Absolutus. Jnsuper precepit. eidem Sindico. nomine. predictorum Sub pena predicta. quod de Cetero Similia. non Attentent et feuda. Jura. Jurisdictionem uel aliqua. alia. pertinencia. Ecclesie Astensis. non debeant occupare Accipere. nec alio modo. intrare. sine voluntate el licentia. Episcopi et Capituli. et Ecclesie Astensis. Jnterfuerunt ibi vocati et rogati testes. dominus. Johannes. Judex domini pagani. de lucino. potestatis. Astensis Petrus. morandus. notarius comunis Astensis. Jacobus. de Sancto Martino clericus. frater Nicolaus. de Montecalerio. de ordine fratrum minorum. et frater Guillelmus. de rocha. prior. fratrum predicatorum. de Ast Et dominus. Octo. de turri. Et Magister Rolandus. de cario. et dominus Asc[*h*]erius. de paziliano. canonici Astenses;

(S. T.) Ego Lafrancus. de flochis. Jmperiali Auctoritate notarius hijs interfui et hanc cartam. rogatus. Scripsi :,

CCII. [19 ottobre 1239].

Vendicio.

Emptio iurium facta ab Episcopo Astensi.

(S. T.) ANNO. domini Millesimo. ducentesimo. trigesimo Nono (1). Jndicione. duodecima. die Mercurij. quartodecimo. kalendas. Nouembris. Coram testibus. infrascriptis. Obertus confanonerius. vendidit. domino vberto. dei gracia. Episcopo Astensi. Ementi nomine Astensis. Episcopatus omne ius. et omnes raciones. quod et quas habebat. in omnibus vassallis. suis quos habebat et habere uidebatur in Ciuitate Astensi. et in rebus. omnibus. quas. predicti vassalli. tenebant et debebant. uel uidebantur. tenere et teneri Et A quibuscumque Ciuibus. Astensibus ubicumque. tenebantur de feudo confanonorum et quos. vassallos et Jus et res feudorum. habebat Comune. dictus. Obertus. cum fratre suo. Jacobo. precio. solidorum sexaginta. de quibus. tenuit. Se solutum et quietum Renunciando Exceptioni. non numerate. peccunie. Nomina quorum vassallorum. sunt filij. condam. Jacobi. Cauazonis. qui dicebatur. Jacobus. de domina Otta: et filij. condam. Guillelmi bertrami et Robaldi. de cathena. nepotes. condam. Manfredi cauazoni. Cui Manfredo. filie sue matres. filiorum. Guillelmi. Bertrami. condam. et Robaldi. de Catena. condam. Successerant. in feudum et. Jacobus. guislamerius. Manfredus. Saracenus. et Guillelmus. franchus. Guiotus Astauadum. et illi de viglano. scilicet Aycardus Aycardinus. et fredelicus. et. Jacobus bay-

(1) Nono uo *è riscritto su raschiatura.* (2) *In margine, al fine della pagina è ripetuto in scrittura del sec. XV*: De Ast uassallis de ast.

Digitized by Google

uerius. Nepotes. Oberti. baiuerij Et quos vassallos et feuda. Eorum. dictus Obertus. confessus fuit esse. de feudo quod confanonerij. et ipse tenet. ab Astensi Ecclesia. Et renunciando. ipse Obertus in manibus. dicti episcopi. nomine Astensis Ecclesie et episcopatus omni iuri sibi competenti. in predictos. vassallos. et feuda. et ea que sunt de feudo predictorum. vassallorum Et specialiter. fidelitates. predictorum. Renunciando. ut de cetero. predicti vassalli. teneantur. predicto. Episcopo. et Successoribus suis. de predictis. feudis. seruire et facere fidelitatem sicut ipsi Oberto faciebant. et tenebantur. sine contradicione predicti. Oberti. et successorum. suorum. Et promixit. predicto Episcopo. nomine Astensis Ecclesie et Episcopatus. predictam venditionem et renunciationem. deffendere. ab omni. persona: Actum. in Castro. Astensi Jnterfuerunt. testes. dominus Guillelmus. Alferius. Asc[*h*]erius. magister. de manera. et. Jacobus. grometus.

Et Ego Girbaldus. de valperto. notarius. palatinus. interfui et sic rogatus. scripsi; (2)

CCIII (1). [19 ottobre 1239].

Promissio Oberti Confanonerij.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. nono. Jndicione. duodecima. die Mercurij. quartodecimo. kalendas. Nouembris. Obertus confanonerius. promixit domino Vberto. dei. gratia. episcopo Astensi nomine. Astensis Ecclesie et episcopatus. stipulanti. absoluere predictos vassallos a Juramento fidelitatis et fidelitate. qua tenebantur ei Astricti et precipere. dictis vassallis. ut faciant dicto episcopo Astensi. et Ecclesie fidelitatem pro feudis. que tenebant. ab ipso oberto et quos vassallos et feuda eorumdem confessus. est. dictus Obertus. tenere. ab Astensi Ecclesia. et Episcopo et facere et curare. ut filij ipsius oberti Jurent et consenciant. ratam et firmam. habere. venditionem et renunciationem. et quod Jacobus frater ipsius. oberti et petrus de macenzana. consenciant predicte venditioni et renunciationi. Actum. in Castro. Astensi. interfuerunt. testes. dominus. Guillelmus Alpherius. Asc[*h*]erius. magister de manera. Jacobus grometus. Et Ego Girbaudus. de valperto. notarius. palatinus. interfui et sic rogatus scripsi.

CCIV (1). [8 e 7 febbraio 1262].

STATUTUM COMUNIS AST.

Decretum Consiliariorum Astensium.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. Sexagesimo secundo. in-

(1) F. 75 *v*.

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 75 *v*. — C. Ediz. in *Cod. ast.*, IV, 43, n. 1021.

Digitized by Google

dicione. quinta. die mercurij. octauo. mensis. februarij. in presencia. infrascriptorum testium. dominus. Raynerius. de burgo. potestas Astensis precepit. michi infrascripto notario. facere cartam. de infrascripta refformatione. conscilij. cuius tenor talis est. Anno. domini Millesimo. ducentesimo. sexagesimo. secundo. indicione. quinta. die martis. Septimo. mensis februarij. Dominus fornarius carexetus. iudex. domini. Raynerij de burgo. potestatis Astensis. celebrauit. conscilium vtriusque credencie et Rectorum. societatum. more solito. Jn refformatione. cuius. consilij. placuit. omnibus. nemine. discrepante. quod. per Consilium. Ciuitatis. Astensis. statuatur et fiat et ex nunc firmum sit. quod per comune Astense nulla pax. uel. treuga seu pactum fiat uel aliqua treuga facta. reffirmetur. per Comune Astense uel per alium. pro Comuni. cum Comit(t)e prouincie uel cum aliquo. pro eo. quousque. ipse comes restituerit ipsi domino Episcopo terram quam habet. de terra. ipsius. episcopi. et fuerit in concordia. cum ipso. domino Episcopo. Et quod per Comune Astense. iniungatur Ambaxiatoribus. qui ituri sunt. ad comit(t)em prouincie. quod faciant et procurent. sic quod non faciant. aliquod pactum cum ipso comit(t)e nisi terra ipsius. domini episcopi. ipsi domino episcopo prius fuerit. restituta. ad uoluntatem ipsius. domini. episcopi. et cum eo esset. concordatus. Actum. Ast. in domo Bergogninorum vbi potestas. moratur. Testes. Rodulfus. de casteglolis et. dominus. Jacobus de sulberico.

Et Ego Petrus Siluanus. notarius. palatinus. interfui et iussu dicti. potestatis. sic Scripsi:

Jn nomine domini amen Anno natiuitatis eiusdem. Millesimo Trecentesimo quinquagesimo quarto. Jndicione. septima. die sextodecimo. octubris. Suprascripta Exempla siue transcripta sumpta per me Nicholinum de Corgnato. notarium infrascriptum ex autenticis. instrumentis prefatis. venerabili viro. domino Guillelmo. de bruxatis Juris utriusque perito Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei gratia Astensis Episcopi. vicario generali. presentata et insinuata fuerunt. Et in eius. presencia per me ipsum notarium et alios. notarios. infrascriptos ad ipsa autentica instrumenta. Ascultata et examinata. fuerunt. Et quia ipse dominus vicarius vtraque. per ordinem concordare cognouit. ut eisdem Exemplis adhibeatur per quoslibet plena fides suam et Astensis Ecclesie Auctoritatem interposuit et decretum. Actum. in Castro Baennarum. presentibus. Andreono. de Sancta victoria. canonico Sancte marie. de vineis. in ianua et Thoma lectore. clerico testibus uocatis specialiter et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per nicolinum de corgnato notarium ex Autenticis instrumentis prefactis vna cum ipso Nicolino et Nicolino de bruxatis notarijs infrascriptis in presencia dicti domini vicarij diligenter inspicientis ad ipsa fideliter Abscultaui et examinaui et quia

Digitized by Google

vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui:,

(S. T.) Et Ego Nicolinus de bruxatis de nouaria publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta per nicolinum de corgnato sumpta notarium (*sic*) ex autenticis Jnstrumentis prefactis vna cum guillelmo cuniberto suprascripto et (2) nicolino de corgnato notarijs in presencia dicti domini vicarij ad ipsa diligenter ins(s)picientis fideliter abscultaui et examinaui et quia utraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarii mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i et Signo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego. Nicholinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis diocesis. publicus Jmperiali auctoritate. notarius Suprascripta Exempla siue transcripta ex autenticis. instrumentis. prefactis. fideliter. sumpsi. Et postmodum in presencia dicti domini vicarij inspicientis vna cum Guillelmo et Nicholino. notarijs. suprascriptis ad ipsa Autentica. instrumenta. abscultaui Et examinaui Et quia vtraque per ordinem concordare cognoui. de ipsius domini. vicarij mandato in eorumdem Exemplorum plenam fidem et testimonium. me subscripsi et Signo meo consueto signaui.

CCV (1). [11 febbraio 1344].

PRO CASTRO ASTENSI.

Protestatio Admodum Reuerendorum Dominorum Canonicorum Astensium contra Potestatem eiusdem.

JN nomine domini Amen. Anno a. Natiuitate. eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quadragesimo. quarto. Jndicione. duodecima die vndecima. februarij. Constituti. in presencia mei notarij et testium. subscriptorum. et Coram venerabili viro. domino. Cuniberto Archidiacono. Astensi. vicario. Reuerendi in xpisto. patris. domini Arnaldi dei et Apostolice sedis. gratia. episcopi Astensis pro infrascripto negocio specialiter congregati. in Ecclesia Astensi. ad capitulum. canonici infrascripti. Scilicet. dictus. dominus Archidiaconus. Nicolaus bordinus. Tedisius. de camilla polinus de montecucho et philippinus. de ianua dixerunt et protestati fuerunt. ipsi canonici. quod ad monitionem. domini. Petri. monsili vicarij. dicti domini Episcopi. eis. factam. per ipsius literas. continentes. quod infra certum. terminum. deberent. monere. ex parte. ipsius. potestatem. officiales. Sapientes et Comune Astense. quod ipsi infra certos. dies. deberent. tollere(nt) et admouere(nt). hedificia. per eos facta. in sedimine. Episcopatus (2) et Ecclesie Astensis. de castello. vbi consueuerunt. esse. domus. episcopales. Et quod cessarent in antea. a faciendis ibi alijs hedificijs. sub certis spiritualibus. penis. et cetera (*sic*). Volentes in quantum. erat eis possibile. obedire tunc. dictis literis et contentis. in eis. Acces-

(2) *L. V.*: et et

(1) F. 76 *r*. (2) *L. V.*: Episcopali

Digitized by Google

serunt. quamplures ex eis personaliter. ad domum. habitationis et presenciam domini. pagani. de Bessocello. potestatis Astensis. Et cum aliqui ex eisdem canonicis. inciperent legere dictas literas. Et proponerent. coram multis. clericis et laycis. Astantibus. factum monitionis pro quo iuerant. ipsi domino potestati. ipse statim prouocatus ad iram. interupit verba que dicebantur. coram eo. minas. inferens. dictis. canonicis et male loquens. de prelatis et clericis. et clamans contra. eos. quod non daret ipsis audienciam. nec conueniret consilium. nec sapientes et officiales predictos. vnde dicti canonici. metu uerborum et comminationis. dicti potestatis valde turbati. contra eos. merito perterriti. Et timentes sibi inferri. grauamina. de consilio aliorum prudencium. qui ibi erant. recesserunt de loco. nec tunc fueruut ausi facere aliquam protestationem. de predictis. nec eciam inuenissent. notarium. qui voluisset. dictas moniciones. et protestationem. scribere. metu. dicti. domini potestatis. Et preceperunt de protestatione et reliquis alijs superius. recitatis. dicti prefati. Canonici. nunc fieri. publicum. instrumentum. ad op(p)us. dicti. domini episcopi. per me. notarium. infrascriptum. Actum. Ast. in Ecclesia. Astensi. presentibus. domino Anselmo. Cappellano Astensi. petro rato. et Anthonio. de zerbo clericis. testibus vocatis et rogatis. Et Ego Astexanus. rapacius. Jmperiali Auctoritate. notarius. publicus predictis interfui et rogatus sic scripsi Ac meum Signum Apposui consuetum. (S. T.)

CCVI. [16 agosto 1237].

FIDELITAS POTESTATIS COMUNIS ASTENSIS (1).

Juramentum fidelitatis prestitum per Dominum Potestatem Astensem Reuerendissimo Domino eiusdem Episcopo.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. septimo. Jndicione decima. die dominico. decimoseptimo kalendas. septembris. Coram testibus. infrascriptis. dominus. Rauarinus. bellotus. de cremona. potestas. Astensis. congregata. concione Astensi ad sonum Campane. in platea Sancti Secundi Astensis secundum consuetudinem. Ciuitatis. Astensis. fecit et Jurauit fidelitatem Astensi. Ecclesie. et domino vberto. diuina. miseratione. Astensi episcopo. et suis catolicis. Successoribus. nomine Comunis. Astensis. Tenor cuius fidelitatis. talis. est. Ego Rauarinus bellotus.. de cremona potestas. Astensis. Juro ad Sancta dei euangelia. quod dum fuero. Rector. Comunis. Astensis. per me et per comune. Astense ero fidelis. Astensi. Ecclesie. et domino vberto. Episcopo Astensi et suis catholicis successoribus. possessiones et iura. quas uel que possidet uel possidet quasi. bona fide et sine fraude saluabo et deffen-

(1) POT, *abbreviazione di* potestatis, *è ripetuto sopra e sotto a* fidelitas comunis astensis. (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) *L. V.*: consilium

Digitized by Google

dam et manutenebo per me et per (2) comune Astense. nec dabo. consilium. uel auxilium. tamquam vassallus. domino pro posse. meo et comunis Astensis. per me. uel. Comune Astense. ut amita[n]tur. seu diminuantur. et dabo. consilium. tamquam. vassallus. pro posse. meo et Comunis Astensis. et auxilium (3). bona fide et sine fraude. ut Amissa et diminuta recuperentur. exceptis hijs que tenentur a comuni Astensi. nec ero in consilio. quod Astensis. Episcopus. Amittat. uiam uitam. uel membrum. uel quod detineatur. contra. suam uoluntatem. Jtem. non tractabo nec ero in consilio. ut tractetur. per me uel per comune Astense. malum. Astensis Ecclesie et episcopi. et si sciero. per me et per (2) comune Astense. impediam. siue disturbabo. ne fiat et si non potero. disturbare per me uel per Comune Astense. certificabo Astensem ecclesiam et episcopum. uel suos nuncios. quam. citius. potero. Consilium si fuerit a. me requisitum. ab Astensi. Ecclesia. uel episcopo per se uel suos. nuncios. per me et comune Astense. bona fide et sine fraude. secundum. quod michi melius. uisum fuerit ad vtilitatem. Astensis Ecclesie. et episcopi. dabo et nullum. ad dampnum. suum. pandam. Credenciam michi manifestatam ab Astensi. Ecclesia. uel episcopo. uel per suos nuncios. siue literas suas. nulli pandam per me uel per comune Astense ad dampnum Astensis Ecclesie. uel episcopi. hec et alia que continentur. in fidelitate. iuro. per me et Comune Astense. bona fide. obseruare loca Astensis Ecclesie contra Astensem Ecclesiam et episcopum. non minuam. nec eis. deffendam per me uel per comune Astense. loca et munitiones. quas tenet. comune Astense ab Astensi ecclesia per me et per comune Astense. quocienscumque. uoluerit Astensis Ecclesia et episcopus Astensis. garnita. seu scarita. eis non uetabo. Actum Aste. in mercato Sancti Secundi Astensis. in publica concione. Jnterfuerunt. testes. dominus Guillelmus. de castagnolis. dominus Bayamundus. dominus. Conradus de laureto. dominus Manfredus de gorzano. Canonici Astensis. Ecclesie. dominus Albertus. de catena. canonicus Sancti Secundi. Guillelmus barracus (4). de Castronouo. clericus homodeus. gallus. Mainfredus. carena. Jacobus. mancianus et Astexanus Ardengus (5) et graxotus. Et Ego Girbaudus de valperto. notarius. palatinus. interfui et sic scripsi.

CCVII. [16 agosto 1237].

Preceptum Reuerendissimi Domini Episcopi Astensis factum Potestati eiusdem.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. septimo. Jndi-

(4) *In margine, di scrittura del secolo XVI, è scritto*: Guillelmus Barracus
(5) *L. V.*: Andergus

Digitized by Google

cione. decima. die. dominico. decimoseptimo. kalendas. Septembris Coram testibus infrascriptis. dominus vbertus. Episcopus Astensis diuina miseratione. precepit. domino. Rauanino. belloto. de Cremona potestati Astensi ibi incontinenti facta fidelitate. et comuni Astensi. in publica. concione. per campanas secundum consuetudines. Ciuitatis Astensis. congregata sub debito fidelitatis. quo sibi et Astensi Ecclesie. sunt Astricti. ut ipsum. Episcopum et Astensem Ecclesiam. et terram Astensis Ecclesie. debeant. adiuuare et deffendere a comuni et ab hominibus. (1) de Cuneo. et specialiter. locum Morocij. Cuius loci homines. Comune de Cuneo. compellit ire ad. habitandum in loco Cunei derelicto. loco morocij. et terram. Astensis. Ecclesie. perditam. adiuuent. ad recuperandum. secundum. quod Astensi Ecclesie sunt Astricti. Actum ast (2) in platea. Sancti. Secundi Astensis. in publica. concione. Jnterfuerunt. testes. dominus Albertus. de catena. canonicus. Sancti Secundi Guillelmus barracus homodeus gallus. Et Ego Girbaldus. de valperto notarius. palatinus. interfui et precepto. dicti domini episcopi. sic scripsi.

CCVIII. [30 aprile 1266].

Carta fictus plebis musancie.

Concessio exactionis decimarum in loco Musancij et in valli de Vesconis.

(S. T.) Anno. domini Millesimo. ducentesimo. Sexagesimo sexto. Jndicione. nona. die vltimo. mensis. Aprilis. Cum. dominus. Conradus dei gracia. Episcopus Astensis. multa grata. seruicia. receperit. a. petro caldelario ut dicebat et de impensis seruicijs. sibi et Astensi. Ecclesie. retribuere (1) sibi uelit. nec ad presens. aliunde habeat. quod possit comode. eidem. remunerari pensata tamen. sua et Astensis Ecclesie. vtilitate. dedit et concessit. suo nomine et Astensis Ecclesie. predicto. petro. pro se et suis heredibus. ad firmam Et fictum omnes fructus. omnium decimarum et (2) noualium. quos. predictus. dominus episcopus et Astensis Ecclesia. habent et habere uisi sunt et debent in. toto. plebatu. Musancie. et (3) posse Musancie. et in tota contrata. que vocatur vallis besconus vsque ad viginti. quinque Annos. Tali modo. conditione et forma. quod predictus. petrus. ipse et sui heredes. predictos fructus decime et Noualium. que sunt et de cetero. fient. in predictis plebatu et valle. habeant. recipiant. et colligant. et ex hijs. quicquid. voluerint. faciant sine. contraditione. dicti. domini. episcopi. et suorum Successo-

(1) F. 76 *v*. (2) *Lo spaziato è in sopralinea.*

(1) *L. V.*: retribuerunt, *colle ultime quattro lettere espunte.* (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) *Segue espunto*: toto (4) *Nome incerto, scritto su raschiatura.*

Digitized by Google

rum et cuiuslibet alterius. persone. usque. ad terminum. supradictum. faciendo et constituendo. predictus. dominus episcopus. ex nunc. predictum. petrum. et suos. heredes. suos et Astensis Ecclesie. certos nuncios et procuratores. ad. predictos fructus. decime. colligendos. petendos et recipiendos. a. quibuscumque. personis. dicta noualia siue fructus. tenentur et debentur. Et ad causandum et placitandum si expedit. ad dictam. decimam. noualium. habendam Et percipiendam. Et promittens. eciam. habere rata. omnia et singula. que fecerint. tam. in causando. quam in percipiendo. predicta. Pro qua quidem concessione. predictus. petrus. pro se et suis. heredibus. dare et soluere. promisit. predicto domino episcopo et suis. successoribus Annuatim. ad festum Sancte marie. de medi[o] augusto. nomine fictus et canonis. dictorum fructuum decime et noualium solidos. duos. Astenses. Sub obligatione omnium bonorum suorum. Actum Ast. testes. Johannes daurer[i]us (4) et Jacobus de ramengo. Et Ego Guillelmus. de Milano. notarius ab Jmperatore fredelico. interfui et rogatus. hanc cartam scripsi;

CCIX. [30 novembre 1258].

Denunciatio iurium.

(S. T.) Anno. domini. Millesimo. ducentesimo. quinquagesimo. octauo Jndicione. prima. die Sabati. pridie kalendas. decembris. Jn presencia infrascriptorum. testium. dominus. Jacobus gardinus filius condam. domini. Robaldi. gardini. Constitutus. in presencia. domini Guillelmi de Crene. potestatis Astensis dixit et denunciauit. dicto potestati et protestatus. fuit. quod decima foresti. et noualium que facta sunt. uel fient in ipso foresto. ad ipsum pertinet. et est ipsius ex concessione sibi facta ab astensi. Ecclesia siue episcopo Astensi. vnde ne aliquid. fiat. uel attemptetur. in preiudicium. iuris. ipsius. denunciat. postulat et requirit a dicto potestate. nomine et uice. comunis. Astensis. Actum. Ast. in domo Ruffini. de fringo. interfuerunt. testes. Melanus. grillus. et. Johannes. de mayna Notarij et frater. Jacobus. de Sancto Bartholomeo. Et Ego Petrus de camayrano notarius. palatinus. interfui. et sic. scripsi.

Jn Nomine domini Amen. Anno natiuitatis. Eiusdem Millesimo Trecentesimo quinquagesimo quarto. Jndicione. septima. die sextodecimo. mensis Octubris. Suprascripta. Exempla. siue transcripta sumpta per me. Nicholinum de corgnato. notarium. ex autenticis instrumentis prefatis. Venerabili viro. domino Guillelmo. de bruxatis. iuris utriusque. perito Reuerendi. in xpisto patris. domini Baldrachi dei gratia Episcopi Astensis vicario. generali presentata et insinuata fuerunt. Et in eius presencia. per me ipsum notarium et alios. notarios infrascriptos. ad ipsa Autentica instrumenta. ascultata et examinata Et quia ipse dominus vicarius vtraque per ordinem. concordare cognouit. ut eisdem Exemplis adhibeatur de cetero. per quoslibet plena

Digitized by Google

fides suam et Astensis Ecclesie Auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum. presentibus. Andreono de Sancta Victoria. canonico Sancte Marie de vineis. in Janua et Thoma lectore. clerico testibus vocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium ex Autenticis instrumentis prefactis vna cum ipso Nicolino et Nicolino de bruxatis notarijs infrascriptis. in presencia dicti domini vicarij ad ipsa Autentica diligenter inspicientis fideliter Abscultaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus. Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per nicolinum de corgnato notarium ex Autenticis instrumentis prefactis vna(a) cum Guillelmo cuniberto notario suprascripto et nicolino de corgnato. Jnfrascripto notario Jn presencia dicti domini vicarij ad ipsa diligenter inspicientis fideliter abscultaui et quia utraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij [mandato] in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto Signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus. de Corgnato de Baennis. inferioribus. Astensis diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate. notarius Suprascripta Exempla. siue transcripta ex autenticis. instrumentis prefatis fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia prefati. domini vicarij inspicientis vna. cum Guillelmo et Nicholino. notarijs antedictis ad ipsa Autentica. instrumenta abscultaui et examinaui. Et quia vtraque per ordinem concordare cognoui. de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et Signo meo. consueto signaui.

CCX (1). [19 giugno 1353].

CARTA PROCURE.

Mandatum ad lites.

Jn nomine domini Amen Anno. natiuitatis. eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo. tercio. Jndicione sexta. die decimo.nono. Junij. Actum in Castro. Baennarum. presentibus Andreono. de Sancta victoria. Canonico sancte marie. de vineis. in. Janua Georgio. dondino de Montevico clerico. et Guillelmo. de riuo. de parixius. testibus. uocatis et rogatis. Quorum presencia ac mei notarij. infrascripti. Reuerendus. in xpisto pater. et dominus. dominus Baldrachus dei et Apostolice. sedis gratia Astensis. episcopus. non propterea reuocando alium seu alios. procuratores. per ipsum. dominum Episcopum. hactenus constitutos. sed pocius. eum et eos. confirmando. omni iure modo et forma quibus melius potuit. fecit constituit et ordinauit presbiterum. Jacobum. macharium. Canonicum plebis Sancte. marie de

(1) F. 77 *r. Settimo duplicato della procura. Cfr. docc.* I, XVI, XXX, XCII, CIX, CXXX e CLVII. (2) *In margine, di scrittura del sec. XV*: Jnuestitura

Digitized by Google

Baennis inferioribus. Astensis. diocesis presentem et mandatum suscipientem. suum et Astensis. Ecclesie. verum. nuncium et procuratorem. in omnibus et singulis. ipsius. domini Astensis episcopi. et Astensis. Ecclesie causis litibus et questionibus. tractandis et gerendis. cum quibuscumque. personis. Comuni. collegio. et vniuersitate. et coram quocumque. iudice. ordinario uel delegato. Ad agendum et deffendendum. libellum et libellos. dandum. et recipiendum. Exceptiones. proponendum litem et lites Contestandum. Juramentum calumpnie et cuiuslibet. alterius. generis sacramentum. in animam ipsius. domini episcopi. prestandum. ponendum et positionibus. respondendum. Testes. instrumenta. et probationes. quascumque. producendum. et alterius. partis. Jurare videmdum. Sentenciam et sentencias audiendum et ab eis et ipsarum. qualibet appellandum et Appellationem. prosequendum. Et ad quecumque. negocia ipsius domini Episcopi et Ecclesie Astensis. gerenda et facienda. Necnon ad officium cuiuscumque. iudicis et ipsius. Judicis. Jurisdictionem. tam voluntariam quam contemptiosam. implorandum. Et demum. ad omnia et singula. alia faciendum et gerendum. que in predictis et predictorum. quolibet fuerint. necessaria. uel quomodolibet opportuna. Et que iuris ordo. postulant et requirunt (*sic*). queue ipse. dominus. episcopus suo nomine et Astensis. Ecclesie. in premissis et circa premissa. et premissorum. quolibet facere posset. si presens adesset. dans et concedens. Eidem procuratori suo. presenti in predictis et circa predicta et quodlibet predictorum. plenam et liberam ac generalem. administrationem et speciale. mandatum. Promittens. ipse. dominus. Episcopus suo nomine et Astensis Ecclesie. eidem. procuratori suo Stipulanti et presenti. ac michi. notario. infrascripto. ut publice. persone stipulanti et recipienti. nomine et uice omnium et singulorum. aliorum. quos. presens. tangit negocium. uel tangere. poterit. in futurum. se perpetuo. grata. rata et firma. habiturum. quecumque. per ipsum. procuratorem. suum in predictis. et circa predicta et predictorum quodlibet. Acta fuerint quomodolibet siue gesta. Et volens. dictus dominus. Episcopus. dictum procuratorem suum releuare. ab omni onere satisdandi. Et eciam ipse. procurator. releuari volens. promixit michi. notario. predicto. ut Supra. recipienti de iudicio. sixti (*sic*) et iudicato. soluendo. cum. omnibus. suis clausulis. fideiubendo; erga. me notarium. iamdictum recipientem ut supra. in omnem casum êt euentum. satisdactionis. Sub ypotecha. et obligatione bonorum ipsius. domini episcopi et Ecclesie Astensis. que proinde. michi. notario iam.dicto. recipienti ut Supra. pignori. obligauit. Renunciando noue constitutioni. de principali. prius. conueniendo. et omni alij iuri. precipiens. inde idem. dominus episcopus. suo et dicto nomine. per me notarium. infrascriptum. fieri publicum instrumentum;

(S. T.) Et Ego. Nicolinus. de Corgnato de Baennis. inferioribus Astensis. diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate. notarius predictis. omnibus et singulis. suprascriptis. vna. cum supranominatis. testibus. presens. interfui. et sic. scripsi et publicauj. Cum Appositione signi mei consueti. in testimonium. veritatis.

Hec sunt Exempla siue transcripta. quorumdam instrumentorum acquisitionum et iurium ad dominum Episcopum Astensem et Astensem Ecclesiam (2) pertinen-

Digitized by Google

cium scriptorum manibus. tabellionum. in ipsis instrumentis. subscriptorum. Quorum instrumentorum. tenores inferius describuntur Et quorum instrumentorum exemplacionem. venerabilis et sapiens vir dominus Guillelmus. de bruxatis. Juris utriusque peritus. Reuerendi in xpisto patris et domini. domini. Baldrachi dei et apostolice sedis gratia Astensis. episcopi vicarius generalis. ad petitionem presbiteri. Jacobi macharij. canonici plebis Sancte marie de baennis. inferioribus. Astensis. diocesis. procuratoris et procuratorio nomine ipsius domini episcopi et ecclesie Astensis. ut de procura constat per publicum. Jnstrumentum. factum per me Nicholinum de corgnato. notarium. Sub Anno natiuitatis domini. Millesimo. Trecentesimo quinquagesimo tercio. Jndicione. vj. die decimonono. Junij. michi Nicholino. prefato. commisit et concessit. Et hec. Acta fuerunt in Castro Baennarum. presentibus. Andreono de Sancta Victoria. canonico Sancte marie. de vineis. in. Janua. Georgio dondino. de monteuico. clerico et Guillelmo de riuo. parisiensi. clerico. testibus vocatis et rogatis. Anno domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo tercio. indicione vj° die vigesimo mensis Junij Quorum. Jnstrumentorum vnius tenor talis est.

CCXJ. [1168].

Jnuestitura.

Inuestitura Castri et ville forficis.

(S. T.) Breue recordationis. ad memoriam retinendam. pro modernis. ac futuris. temporibus. securitatis. ac firmitatis. presencia bonorum hominum quorum. nomina subter leguntur. donnus. Ansermus dei gratia Astensis episcopus. Jnuestiuit. Ottonem. de reuello pro feudo. medietatem. Castri et ville forficis ut ipse Otto habeat. medietatem. omnium que ad ipsum locum pertinent quorum ipse. Episcopus. in suo dominio habebat scilicet. trium parcium. quartam uero. si episcopus A. Guliermo de morocio Accipere. posset. ita ut in suo dominio remaneret Similiter. medietatem. dare debet Et ipse. predictus. Otto. supradicto episcopo fidelitatem Jurauit. nec ipsum Castrum. vetare debet Episcopo. nec cum multis. nec cum paucis. et finem. omnis querimonie quam faciebat. Erga Episcopum. in. manibus. suis. fecit Testes ibi fuerunt. Nicholaus. Archidiaconus. vbertus de coconato. otto de suma ripa Arnaldus. de Montaldo Bizarra. Trencherius. pilosus. et si ibi. alij fuerunt testes. Actum est in loco Sancti Albani. Anno. ab incarnatione. domini nostri yhesu xpisti Millesimo. Centesimo Sexagesimo. octauo. indicione prima.

+ Et.Ego Johannes Sancti albani. dictus. prepositus. Ambarum. parcium. rogatu interfui et Scripsi;

CCXII (1). [13 giugno 1089].

Donatio Ecclesie Astensi facta per Comitissam Sancti Dalmacij.

(S. T.) Die. Jouis. idibus. Junij. Jndicione duodecima Anno dominice.

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 77 *r.* — C. Ediz.

Digitized by Google

incarnationis. Millesimo. Octuagesimo. nono. Jn nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Ego Adalasia Comictissa cum nuru mea Agneti. et filia eius. Agnete. Reddimus. concedimus et donamus. Ecclesie Sancte Marie. ad partem Astensis. episcopatus. et. donno. Oddoni. Eiusdem Ecclesie dessignato. episcopo Abbaciam sancti. dalmacij. et plebem. de loualdeso. sicut episcopus Girelmus. aliquo tempore. eas. melius. tenuit. Siluam eciam de banalli. sicut inueniri poterit per incolas. Baienne et Sancti Albani. qui. iureJurando. obstricti illam (2) Judicauerint Jnsuper. eciam concedimus. omnem. terram. de. qua contemptio fuit inter Castrum. noni. et rocham atque propter. illud. quod supradicta Ecclesia habet. in curte Bredolensi quod nos Eciam dicto. episcopo. pro beneficio. Accipimus donamus. ei totam illam terram (3) que glarea. dicitur. hoc est quicquid. habere uidemur. a medietate. tanagri. fluminis. usque ad Castellum. de la rocha. cum. quinquaginta. libris. ita tamen. ut portus. semper in nostro. iure permaneat. Et si episcopus. in sua rippa. molendina. facere. uoluerit faciat et portum alium. in alio. loco. si uoluerit. constituat. nec nostri. nostram. rippato. suo portui. prohibeant. Remittimus eciam contentionem. de la uicia. sicut. finitum fuit. inter. donnum Petrum. Marchionem. et episcopum. ingonem. hec omnia. sicut prediximus. remittimus. concedimus et donamus. remota. omni nostra. nostrorumque. heredum. ac proheredum. contraditione per bonam fidem et sine malo. ingenio.

CCXIII. [27 ottobre 1111].

DONACIO.

Amforianj.

TEUOLETUM.

Donatio Ecclesie Astensi facta per Amedeum condam Alderici.

(S. T.) Anno. ab incarnatione domini nostri yhesu. xpisti Millesimo. Centesimo. vndecimo (1) sexto calendas nouembris Jndicione quinta. tibi landulfus. episcopos (*sic*) misus et. Ecclesia Sancte dei genitrice. maria. episcopalis. Ego Amedeus. filius. condam Alricus. qui professum (*sic*).

---

in Sclavo, *Lapide di Ferrania*, p. 17. — D. Ediz. in S. Quintino, *Oss. crit.*, II, 32, d. 47. — E. Ediz. in Moriondo, *Mon. aq.*, I, 38, II, 522. — F. Ediz. in Muletti, *Mem. st. di Sal.*, I, 267. — G. Ediz. in Turletti, *St. di Savigliano*, IV, 18, d. 11. — H. Ediz. parz. in Durandi, *Delle antiche Città &*, p. 87. — L. Ediz. parz. in Bertano, *St. di Cuneo*, II, 194, d. 76. — M. Ediz. parz. in Carutti, *Regesta Comitum Sabaudiae*, p. 76.

(2) *L. V.*: obstrictiilam (3) F. 77 *v.*

(1) *Indizione settembrina.* (2) *In margine, di scrittura del sec. XV, è*

Digitized by Google

sum. ex. natione. mea. lege. uiuere romana. Amicus et donator et cui pars dederit Quapropter. dono a. presenti. die. dilectioni(s). tue. in tuo Jure et potestate per hanc. cartam. donationis proprietario. nomine in te habendum. confirmamus. it est dono vobis. nominetiue meam. portionem. de Castris. Anforiano. sicut est circumdatum et de muro et fossatis. et meam porcionem de villa. Amforiano. cum casis et omnibus rebus illis. mobilibus et immobilibus. (que) ad ipso castro. pertinentibus et quantum abead. in loco qui. dicitur Iinzolasco. et meam porcionem de castris teuoleto et de uilla Cum omnibus. rebus illis (2) mobilibus. et immobilibus (que) ad ipso castro. pertinentibus. et meam porcionem. de suprascriptis Castris Capellas. sediminibus. rebus illis. insimul pro mensura. iusta. iugera centum. sibique. alie sunt in is omnibus locis Et quicquid. de. meo iuris. rebus infrascriptis. locis. plus inuentum. fuerit quam ut supra mensuram legitur (3) per hanc cartam donationis. et pro subxepto lonecchild (4). in vestro corum (5). supra Ecclesia sancta dei. genitrice. maria et in landulfus episcopos aut cui uestro (*sic*) dederitis (et) persistat. potestatis. proprietario. iuri. Quas autem suprascriptis. Castris. Cappellam. sediminibus et omnibus rebus. illis Juris mei. superius. dictis. una cum Accessionibus et ingressionibus. seu cum. superioribus et inferioribus. suis qualiter superius legitur in integrum abeat vobis corum supra sancta maria et landulfus episcopos Sancte Astensis [*Ecclesie*]. et faciatis exinde a presenti die uos aut cui uos dederitis. Jure proprietario. nomine. quicquid uolueritis. sine omni mea. et heredum meorum. contraditione quidem et spondeo. atque promitto. me ego qui supra Amedei vna. cum. meos. heredes. vobis corum supra sancta dei genitrice maria et landulfum episcopos uos aut cui uos dederitis. suprascripta donacio. qualiter. supra legitur in integrum ab omni homine. deffensare qui si deffendere non potuerimus aut si uobis. exinde aliquid per quo[*d*]uis. ingenium subtraere quesierimus. tunc in duplum eadem donacio ut supra legitur uobis. restituamus sicut. pro tempore. fuerit. melioratas. aut valuerint. sub extimatione in consimilis locis et nec michi licea[*t*] ullo tempore nolle. quod uolui(t) set quod a me ipso semel factum uel co[*n*]scriptum est sub iureiurandum inuiolabiliter. cum stipulatione subnixa. quidem et anc confirmandam. donationis cartam Accepi ego qui supra Amedei ad vos iamdicta Ecclesia Sancta maria et landulfum. episcopos. missum Ecclesia. ex inde lonechild panno vno ut ec mea donacio. in te tuumque heredibus perhempnis temporibus.

---

scritto: teuoletum (3) *Lo spaziato è in sopralinea, abbreviato.* (4) *L. V.*: subxeptolo. nec child (5) *L. V.*: cox. (6) *L. V.*: Abbertus. (7) *L. V.*: et insinuata et insinuata.

Digitized by Google

firma permanead. atque persistat. Actum atrio monasterio Sancte (*sic*) Ambroxio de loco suprascripto Anforiano feliciter Signûm. manuum suprascripto. Amedeo qui anc cartam donationis fieri rogauit [*ut*] supra Signum. manibus Rodulfum vicedominum et Aubertum de monteAcuto et Aubertus de gorciano et Aubertus de laureto et Mascer de la rocha. testes. (S. T.) Ego Albertus (6). notarius sacri palacii scriptor. [*huius*] carte donationis pos[*t*] tradita compleui et dedi.)))))

Jn Nomine domini Amen. Anno. natiuitatis eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo quarto. Jndicione septima. die. sextodecimo. mensis. octubris. Suprascripta. Exempla siue transcripta. sumpta per me Nicholinum de corgnato notarium. infrascriptum. ex autenticis instrumentis prefatis. venerabili viro. domino Guillelmo de bruxatis. Juris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et Apostolice sedis. gratia Astensis Episcopi vicario generali. presentata et insinuata (7) fuerunt. Et in eius presencia. per me ipsum. notarium et alios notarios. infrascriptos Abscultata et examinata. Et quia. ipse. dominus vicarius vtraque. per ordinem. concordare. cognouit. ut eisdem Exemplis adhibeatur. de cetero. per quoslibet. plena fides. Suam et Astensis Ecclesie Auctoritatem. interposuit et decretum. Actum in Castro. Baennarum. presentibus. Andreono. de Sancta victoria. canonico. Sancte marie. de vineis. in Janua. et. Thoma lectore clerico. testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato ex Autenticis instrumentis prefactis vna(a) cum ipso Nicolino et Nicolino de bruxatis notariijs infrascriptis Jn presencia dicti domini vicarij diligenter ad ipsa inspicientis fideliter Ascultaui et examinaui et quia vtraque concordare inueni de ipsius domini Vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per nicolinum de corgnato notarium ex autenticis instrumentis prefactis. vna(a) cum ipso nicolino et guillelmo cuniberto notarijs Jn presencia dicti domini vicarij diligenter ad ipsa inspicientis fideliter abscultaui et quia vtraque concordare Jnuenl de ipsius dicti domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto Appos(s)ui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus de Corgnato. de Baennis inferioribus Astensis. diocesis. publicus. imperiali auctoritate. notarius Suprascripta. Exempla siue. transcripta. ex autenticis. instrumentis. prefactis. fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia prefati domini vicarij. inspicientis. vna cum Guillelmo et. Nicholino. notarijs. prefatis. ad ipsa Autentica. instrumenta ascultaui et examinaui. Et quia vtraque. per ordinem concordare cognoui. de ipsius. domini vicarij. mandato. in Eorumdem. Exemplorum. plenam fidem et testimonium. me subscripsi et Signo meo consueto. signaui. in testimonium veritatis.

Digitized by Google

CCXIV (1). [8 giugno 1221].

DE CASTRO RUPIS ET MAXIO.

Nota de domino guidone de Landriano.

Concordium inter Episcopum et Ciuitatem Astensem.

(S. T.) Anno. dominice. incarnationis. Millesimo. ducentesimo. vicesimo. primo Jndicione. nona. quadam. die martis octauo. mensis Junij. presentibus. infrascriptis. testibus. dominus Jacobus. dei gratia Taurinensis. Ecclesie. episcopus. Jmperialis. Aule. vicarius et tocius ytalie legatus. Et dominus. Guido de landriano. Astensis potestas. fuerunt. confessi. et dixerunt. quod de. compositione. siue concordia. facienda et ordinanda. super discordijs et controuersijs. que vertebantur. inter. dominum Jacobum dei gratia Astensem. episcopum. vice et nomine. Astensis. Ecclesie. siue ipsam. Ecclesiam. Astensem. ex vna parte. et ex altera ipsam potestatem Astensem. uice et nomine comunis. Astensis. siue illud. comune. Astense. sunt in concordia. secundum. quod in quodam. scripto inde facto continetur. Tenor cuius. scripti talis est. Jn nomine domini hec est forma. compositionis. siue concordie. que. deo uolente facienda est. inter. Ecclesiam Astensem et episcopum. eiusdem. [*et*] nomines ipsius ecclesie. ex una parte. et Comune. de Aste. ex alia. super omnibus. discordijs seu controuersijs que inter ipsos. verteba[*n*]tur. uel uerti. poterant. occaxione. terrarum. uel godiarum earumdem que omnia. dictus. episcopus. a predicto. comuni. petebat. uel petere. poterat. usque ad hodiernam. diem videlicet. in primis. Comune de Aste. debet restituere. Astensi Ecclesie. et episcopo eiusdem Castrum. rupis. et villam. cum. omnibus. pertinencijs. suis. libere et absolute. Et idem epicopus debet concedere. eidem. comuni in eodem. Castro et villa et eius pertinencijs. et hominibus. eiusdem. Castri et ville. pacem et guerram. exercitus. itinera. expeditiones. et caualcatas. ita tamen. quod potestas. Astensis. seu rector Ciuitatis Eiusdem. uel comune eiusdem ciuitatis (2) non. possit compellere. homines. rupis. ire ad custodiendas munitiones. villas. uel alia. loca. Eiusdem. Ciuitatis. Jtem quando. necesse fuerit. Astensis Episcopus. debet concedere. Castrum. rupis. ipsis Astensibus ita quod Comune Astense possit ipsum munire et munitum tenere dum ei necesse fuerit. Et postmodum. dictum comune debet. restituere. ipsum castrum. eidem episcopo. in eo. statu. uel meliori bona fide in quo concessum fuerit. Et super huiusmodi. restitutione facienda.

---

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 78 *r*. — C. Ediz. in *Cod. ast.*, II, 347, d. 286.

(2) *Lo spaziato è in margine.* (3) *L. V.*: inuare (4) *Il tratto da* Et

Digitized by Google

Semel. uel pluries. Comune Astense exibebit Juratoriam. cautionem. prout. episcopus Taurinensis. ordinabit. Jtem. episcopus de Aste. possit. descendere et habitare. in predicto Castro. eciam. eo tempore. quo predictum comune illud habebit munitum. Et si ipsi Episcopo. placuerit. facere. domum. in qua Custodes Comunis. de Aste dum ibi fuerint. cum episcopus ibi aduenerit. possint habitare in ipso. Castro. tunc ipsi custodes. debent descendere. de palacio episcopi. quod est in ipso Castro et in domo. pro eis. facta. in ipso castro. habitare dum episcopus ibi fuerit et postmodum. cum. episcopus recesserit. de Castro illo ipsi custodes. debeant reddire. in palacium. Episcopi et ibi habitare et castrum ipsum Custodire. ut dictum est. Si uero. ipse. episcopus. domum facere. fieri. noluerit. ut dictum est. tunc. ipsi custodes. dum. ibi fuerint debent habitare. in palacio. episcopi. ita tamen quod ipse. episcopus facere possit. parietem per medium. palacij. ita quod custodes. habitent ex vna. parte. palacij. et episcopus. ex alia. cum predictum castrum. aduenerit. Et tunc ipsi custodes. non debeant clamare. guaita guayta sine licentia. episcopi. Jtem custodes. iurabunt. custodire personam. episcopi in ipso castro et eius honorem et quod. non. erunt in consilio. uel auxilio. quod Ecclesia Astensis. illud amittat Jtem. opidani. videlicet illi qui. vocantur. domini Castri. Rupis et homines loci eiusdem. debent iurare (3) de decem. in decem Annis. facere guerram et pacem contra. omnes homines. ad voluntatem et preceptum. Rectoris Astensis et comunis. eiusdem. Saluo. tamen. imperio et Ecclesia Astensi. potestas uero. Astensis et Consules. seu Rectores. Ciuitatis. eiusdem Jurabunt. quod. non dabunt. fauorem consilium. uel auxilium. dominis et hominibus Castri rupis contra episcopum. in facto illius loci. Et insuper. dictus. episcopus. seu Ecclesia. Astensis. non. possit uel. debeat. vendere. Castrum uel villam Rupis uel pertinencia. eorumdem. uel aliquo. modo alienare. pro feudo. uel alio modo. alicui persone. dum comune Astense. uellet tamtumdem. ei dare. pro ipso Castro. et pertinencijs. eiusdem. quantum alius. uellet ei dare. iusto precio. bona. fide. Et omnes predicte Concessiones que faciende. sunt. comuni Astensi a. predicto episcopo. debet ipsum Comune. habere. et tenere in perpetuum. facta sibi. confirmatione. prout alia debent. ei confirmari. que inferius. denotabuntur. Jnsuper episcopus et Ecclesia Astensis. dare debet in feudum quicquid habet. in maxio et pertinencijs. eiusdem. exceptatis. Ecclesijs. et Albergaria. Comuni de Aste. ad quam albergariam debet ire. potestas Astensis. cum episcopo si uoluerit. tamquam vassallus. Jtem quicquid. habet in Alzano exceptis. Ecclesijs. Et quicquid habet. in insula. exceptis. Ec-

---

fidelitate. Abbatis *ad* Ecclesijs *trovasi per postilla al fine della pagina.* (5)

Digitized by Google

clesijs Et fidelitate. Abbatis Apostolorum. quam ei facit. et quicquid habet in comit(t)atu. serrelonge. uel uidetur habere et pertinencie eiusdem exceptatis. Ecclesijs (4). Comune. uero. de Aste. non debet. facere. uel fieri permittere. bona fide. Aliquem locum nouum in episcopatu Astensi. sine consilio. episcopi. a loco lauezolarum. superius. Et si fieret. ab aliquo uel ab aliquibus. debet dare operam bona fide. pro posse ut locus ille destrueretur. Verum. et. si a Treuezia. usque ad lauezolas. fieret locus nouus. comune Astense. non debet recipere. in ipso loco. aliquem hominem. de terra Ecclesie. Astensis. sed etsi reciperetur terra quam. detineret. debet remanere. domino. de cuius loco secederet. homo ille. omnia uero. predicta. Comuni Astensi in feudum data seu Alio modo concessa. debet ipse Episcopus facere confirmari. ab Archiepiscopo Mediolanensi uel. Cardinali. si habet generalem legacionem. Et pro predictis. in feudum datis. potestas. Astensis. pro ipso comuni. debet. facere fidelitatem in publica contione Ecclesie Astensi et eius episcopo et hoc in presenti et quociens episcopus. ibi renouabitur. sub hac forma (5). Ego Juro supra Sancta. dei Euangeiia. quod dum. fuero. Rector. Comunis. Astensis per me et Comune Astense. ero fidelis Astensi Ecclesie et. domino Jacobo Astensi Episcopo et suis. catolicis successoribus. possessiones et Jura. Astensis Ecclesie. quas uel que possidet uel quasi possidet. bona fide et sine. fraude Salcabo et. deffendam et manutenebo. per me et per Comune Astense. nec dabo. Auxilium. uel consilium. per. me vel per (6) comune Astense. ut amittantur. seu diminuantur. Et dabo Auxilium tamquam. vassallus. domino pro posse meo et Comunis Astensis. et. consilium bona fide et sine fraude ut Amissa et diminuta. recuperentur Exceptis hijs. que tenentur a. comuni Astensi. nec ero. in consilio. quod Astensis. episcopus Amittat viam. vitam. membrum. uel quod detineatur. contra suam uoluntatem. Jtem. non tractabo. nec ero. in consilio ut tractetur per me. uel per comune. Astense. malum. Astensis. Ecclesie. uel Episcopi. sed si sciuero. bona fide. per me et per comune Astense. impediam. siue disturbabo. ne fiat et si non potero. disturbare certificabo. per me. uel per meum. nuncium Astensem Ecclesiam uel episcopum. uel suos. nuncios. quam citius. potero. consilium si fuerit a me requisitum. ab Astensi. Ecclesia. uel episcopo per se uel. suos. nuncios. per me et Comune. Astense bona fide et sine. fraude. secundum quod michi melius uisum. fuerit. ad vtilitatem Astensis Ecclesie et episcopi dabo et nullum. ad dampnum suum. pandam credenciam. michi manifestatam. ab Astensi Ecclesia. uel episcopo uel per nuncios. siue

---

In margine, di scrittura del sec. XV, è scritto: Modus Jurandi fidelitatis

(6) *L. V.*: per me per (7) F. 78 *v.*

Digitized by Google

litteras. suas nulli pandam per me uel per Comune. Astense. ad dampnum. Astensis Ecclesie. et episcopi. hec et alia que continentur. in fidelitate. iuro per me. et per Comune Astense. bona fide obseruare. loca. Astensis Ecclesie contra Astensem Ecclesiam. et Episcopum. non minuam. nec eis deffendam per me uel per comune Astense. Loca et munitiones. quas tenet. comune. Astense ab Astensi. Ecclesia. per me et per. Comune. Astense quocienscumque et quandocumque. voluerit Astensis Ecclesia et episcopus Astensis. garnita seu scarita. eis. non uetabo. Jtem tenor fidelitatis et tocius concordie. debet scribi. in statuto. Ciuitatis. de Aste. supra quod. Juraturi sunt. Rectores uel potestates. Ciuitatis. de Aste. ita quod de Anno in Annum. im perpetuum Jurent. consules uel potestates. fidelitatem et concordiam. Episcopi Astensis et comunis. de Aste firmam et illibatam Attendere et obseruare. Jnsuper teneantur. facere. Jurare. (7) Semper. im perpetuum. de Anno. in Annum. omnes suos. credendarios. et alios qui. de eorum sequimine. tenebuntur. dare forciam et virtutem ut fidelitas et concordia: episcopi et comunis Astensis in perpetuum. obseruetur. et ex eorum. parte. bona fide. pro. posse obseruabunt. nec istud. Capitulum. de fidelitate et concordia. obseruanda possit uel debeat. Cancellari uel. uacuari de Statuto. Ciuitatis. de Aste. Et si quoquo casu reperiretur cancellatum uel vacuatum nullius. momenti sit cancellacio. illa uel vacuacio. quin. predictum Capitulum. a potestate Astensi. et a. populo Ciuitatis. eiusdem in integrum. im perpetuum. obseruetur. de omnibus uero alijs controuersijs. et petitionibus. quas. dictus episcopus. uel Ecclesia. mouebat. uel mouere poterat. occaxione. prenominatarum rerum. versus Comune. de Aste. ipsum. Comune. de cetero. sit. absolutum. ita quod ab. Ecclesia. Astensi. uel eius. episcopo. non possit. uel debeat. de cetero. Appellari uel aliquo modo. conueniri. Actum in palacio. predicti. domini Taurinensis episcopi. vnde plures carte. inde uno. tenore scripte sunt. presentibus testibus. domino petro. preposito. Sancti dalmacij. domino Milono cantore. domino perronino. canonicis taurinensibus Alberto besozo. Gauarro et Wiliermo de mezeto. petro riba et Alijs;

(S. T.) Ego Guillelmus. de bellino. vercellensis. imperialis curie. notarius interfui et de mandato. ipsorum domini Taurinensis. Episcopi et potestatis Astensis Scripsi;

CCXV. [8 maggio 1238].

De garabellis de baudecherio et rocheta incise.

Jnuestitura Castri garabellj et Montis baudicherij.

(S. T.) Anno. domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. octauo Jndicione. vndecima die Sabati octauo. intrante. madio. Coram testibus. in-

Digitized by Google

frascriptis. Petrus confanonerius. de marencana. fecit. fidelitatem. domino vberto dei gratia episcopo Astensi et suis catholicis successoribus prestando corporaliter Juramentum et promittendo Attendere omnia que continentur in forma. fidelitatis. et consignare feudum quociens-cumque ab eo fuerit requisitum et incontinenti requisitus consignauit hoc quod habet. in Castro garabelli et in Betania et totum illud quod tenet. petrus. grillus et vbertus. de liuurno. ab eo. et Montembaudecherium qui tenetur ab eo. et vassallos quos habet. in rupecula. de incisa et quedam. alia Actum. in Castro Astensi. super solarium. episcopi Testes. magister Jacobus. de montemagno. Ruffinus canonicus. Sancti Anniani Astensis Jacobus. de fonte. Et Ego Girbaudus. de valperto notarius. palatinus interfui et sic. rogatus. Scripsi.

CCXVI. [12 maggio 1238].

Fidelitas presbiteri de Saya.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. octauo. Jndicione. vndecima. die mercurij. duodecimo. Jntrante. madio. presbiter. de desaya. Jurauit. et fecit domino vberto. dei gratia Episcopo et Ecclesie Astensi et suis catholicis. successoribus fidelitatem promitendo (Attendo) Attendere omnia que continentur. in forma fidelitatis. et consignare feudum. quociens-cumque. fuerit requisitum. ab eo Actum apud plebem. de canalibus. interfuerunt testes. Magister Jacobus. de monte magno. Jacobus plebanus. de bagnascho. Jtem Eodem die loco et testibus. Obertus. castellanus. et Sismundus de costa fecerunt et Jurauerunt et promiserunt. dicto episcopo et Ecclesie Astensi. ut superius continetur. Et Ego Girbaldus. de valperto. notarius. palatinus. interfui et sic rogatus. scripsi :,

Jn Nomine domini Amen. Anno nativitatis. eiusdem Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimo quarto Jndicione septima die sextodecimo mensis Octubris. Suprascripta. Exempla siue transcripta sumpta per me Nicholinum de Corgnato. notarium. ex Autenticis instrumentis prefatis Venerabili viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei gratia Astensis Episcopi vicario generali. presentata et insinuata fuerunt. Et in eius presencia per me ipsum notarium et alios notarios infrascriptos Ascultata et examinata Et ipsa Autentica prefata. Et quia. ipse dominus vicarius vtraque per ordinem concordare cognouit. vt eisdem Exemplis. adhibeatur de cetero per quoslibet plena fides suam et Astensis. Ecclesie auctoritatem. interposuit et decretum. Actum in Castro. Baennarum. presentibus Andreono de Sancta victoria. Canonico Sancte marie de vineis in Janua et Thoma lectore. clerico. testibus vocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis astensis publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta

Digitized by Google

per. Nicolinum de corgnato notarium ex autenticis instrumentis prefactis vna(a) cum ipso Nicolino et Nicolino de bruxatis notarijs infrascriptis in presencia dicti domini vicarij diligenter ad ipsa inspicientis fideliter abscultaui et examinaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per nicolinum de corgnato notarium ex autenticis instrumentis prefatis vna(a) cum guillelmo cuniberto et nicolino de corgnato notariijs in presencia dicti domini vicarij diligenter ad ipsa inspicientis fideliter abscultaui et examinaui et quia vtraque concordare. Jnueni de ipsius domini vicarij mandato Jn eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i et signo meo consueto Signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus. de Corgnato de Baennis. inferioribus. Astensis diocesis. publicus. Jmperiali auctoritate. notarius. suprascripta. Exempla. siue transcripta ex autenticis. instrumentis. prefatis fideliter Sumpsi Et postmodum in presencia prefati domini vicarij. inspicientis vna cum. Guillelmo et Nicholino notarijs antedictis ad ipsa autentica instrumenta abscultaui et Examinaui. Et quia vtraque. per ordinem concordare. cognoui. de ipsius domini vicarij mandato. in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo. consueto signaui.

CCXVII (1). [15 maggio 1238].

De lauezolis.

Fidelitas Henrici de lauezolis.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. octauo. Jndicione. xj. die. Sabati. quindecimo. intrante madio. henricus. de lauezolis. Jurauit et fecit. domino vberto. dei gratia Episcopo et Ecclesie Astensi fidelitatem et suis catholicis. successoribus et promixit Attendere. omnia que continentur. in forma fidelitatis. et consignare. feudum. quociens-cumque ab eo fuerit. requisitum. Actum in Castro Astensi. super Solarium. episcopi. Testes magister. Jacobus. de montemagno. Guillelmus barrachus. Et Ego Girbaudus. de valperto. notarius palatinus. interfui et sic. rogatus. scripsi ;

CCXVIII. [4 luglio 1238].

de Sancto albano

Fidelitas Castri Sancti Albani

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo trigesimo octauo. Jndicione vndecima. die dominico quarto. intrante. Jullio. dominus. Jacobus. de drua. Jurauit et fecit. domino vberto. dei gratia. Episcopo Astensi et Ecclesie Astensi. et suis catholicis successoribus fidelitatem Et promixit

(1) F. 79 *r*.

Digitized by Google

Attendere. omnia que continentur. in forma fidelitatis et consignare feudum. quocienscumque ab eo fuerit. requisitum. . et incontinenti requisitus. consignauit. totum illud. quod tenet. in Castro et Villa Sancti Albani. Actum. in Castro Sancti Albani. interfuerunt testes. magister. Jacobus. de montemagno. Guillelmus barrachus. henricus. de plocio. Et Ego. Girbaudus. de valperto. notarius palatinus interfui et sic rogatus scripsi;

CCXIX. [4 agosto 1238].

de cortansero

Fidelitas Cortanseri

(S. T.) Anno. domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. octauo. Jndicione undecima. die mercurij. quarto. Jntrante Augusto. Obertinus. filius condam. paxuti de cortansero. Jurauit et fecit. domino vberto dei gracia. Episcopo et. Ecclesie Astensi et suis. catholicis. successoribus [*fidelitatem*] et [*promisit*] consignare. feudum. quocienscumque fuerit requisitus. vnde dictus. dominus episcopus. Jncontinenti. inuestiuit dictum obertum. de suo. iusto et recto feudo. Jnterfuerunt. testes. dominus. Rodulfus de cinalia. dominus. Jacobus. plebanus. de bagnasco. Et Ego Girbaudus de valperto. notarius palatinus. interfui (1) et sic scripsi;

CCXX. [7 agosto 1238].

de caliano

Jnuestitura Cagliani

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo octauo. Jndicione. vndecima. die Sabati. septimo. intrante Augusto. Manfredus et vala fratres. de uunesengo. Jurauerunt et fecerunt domino. vberto. dei gratia. Episcopo et Ecclesie Astensi et suis catholicis [*successoribus*]. fidelitatem promittentes Attendere. omnia que continentur. in forma fidelitatis. et consignare feudum quocienscumque fuerint requisiti. Qui. incontinenti requisiti consignauerunt. totum illud quod. tenent. in posse caliani ibi ubi dicitur in maniuengo et sunt homines qui tenent duos roncinos. pro scueria et decimam. Actum in Castro Astensi. Jnterfuerunt testes. magister. Jacobus. de montemagno. dominus. Jacobus plebanus. de. bagnasco. Cacia. de Baiennis. Et Ego Girbaudus de valperto notarius palatinus. interfui et sic rogatus. scripsi.

CCXXI (1). [10 giugno 1221].

FIDELITAS NOBILIS ET EGREGIJ DOMINI GUIDONIS DE LANDRIANO. QUE FECIT ECCLESIE ASTENSI PRO COMUNI ASTENSI.

(S. T.) Anno. dominice. incarnationis. Millesimo. ducentesimo. vice-

(1) *L. V.*: interfui. interfui

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 79 *r*. — C. Ediz. in

Digitized by Google

simo primo. Jndicione. nona. die iouis. decimo. die mensis Junij. Congregata. credencia. Astensi. in. Ecclesia sancti. Johannis. de Aste. ante. presenciam. domini Jacobi dei gracia. Taurinensis episcopi et. Jmperialis. Curie. vicarij. Jnfrascripti. credendarij. de Aste. qui in illa erant. credencia. per ipsius. domini vicarij. ordinationem. Jurauerunt. ad Sancta dei. euangelia. dare forciam. et virtutem. ut fidelitas. quam fecit. dominus Guido. de landriano. Astensis. potestas. vice et nomine comunis (2). Astensis. et quam a modo. in antea. potestates et rectores. comunis Astensis.. pro ipso. comuni Astensi Ecclesie Astensi. et domino. Jacobo Astensi episcopo. et. suis catholicis successoribus. facere. debent et ut concordia. facta. inter ipsum Episcopum. Astensem. nomine Astensis. Ecclesie. et Ecclesiam Astensem. ex vna. parte. et Comune de Aste ex altera. prout in instrumentis a Wiliermo de bellino. notario. inde. factis. continetur in omnibus et per. omnia. im perpetuum. obseruetur et. ex eorum parte. bona fide obseruabunt. pro eorum posse. Nomina autem Credendariorum. qui. ut supra. Jurauerunt. hec sunt Jacobus roatus. Manfredus cauazonus. Robaldus. gardinus. Germanus. trossellus. Opiço albericus. Johannes Assinarius. Jacobus. de mandra. Guillelmus cerutus Obertus. gardinus. Rolandus. rex. Boninus. Willelmus Alferius. Berardus turrellus. Guillelmus bertramus Bonifacius criuellus. Jacobus aduocatus. obertus faletus. Jacobus de donata. Thoma. notarius. Jacobus de Sibona. Ardicio scarampus vbertus arnaldus. Jacobus forbiorius. Bonatus pelleta. Rolandus cazo Ansèrmus. mussus petrus. de moneta. petrus laurencius. Jacobus. de platea. petrus de arazo. Jacobus clericus. Rolandus cacayranus Oddo. de quaranta. bozo. gardinus. Baalardus pilatus. Oddo niger. bonus. Nicholaus. pecia Willelmus. zoclarius Guillelmus. de castagnolis. Ruffinus de rippa. Wilermus. rotarius Obertus. de Ast. Giraldus iosbertus. Bayamundus. lasagna. Oliuerius. malcapucius. Raymundus regroliatus. Baldezonus de curia. Gandulfus. monachus. Ruffinus. de monte. magno. Jacobus. de. gualfenera. vbertus. monachus. Jacobus. de iaffa. Botinus. de cario. Ardicio. de quarto. Magister. petrus. beccarius. Silibonus. de porta. Manfredus bertramus. vbertus. palius. Anselmus de curia. Scarampus. scaramporum. Obertus Sinistrarius. Rodulfus layolus. Raynerius machalufus. Rolandus. velictus. philippus. de troya Johan-[*n*]es barexianus vnde plures carte vno tenore inde scripte sunt. Ad hoc interfuerunt. testes. dominus. petrus. prepositus Sancti dalmacij henricus beccutus et Magister Marinus.

Cod. ast., IV, 23, doc. 1006. — D. Ediz. parz. in Molina, *Notizie storiche e profane della città d'Asti*, II, 160.

(2) comunis *è riscritto su raschiatura.*

Digitized by Google

(S. T.) Ego dictus Guillelmus. de bellino notarius interfui et hanc cartam scripsi.

CCXXII (1). [10 giugno 1221].

phidelitas (sic).

Jnuestitura Potestatis Astensis.

(S. T.) Anno dominice. incarnacionis Millesimo. ducentesimo. vicesimo. primo Jndicione. nona. die iouis. decimo. die. mensis. Junij. Jn publica contione. Comunis. Astensis. congregata more solito. in Ecclesia beate marie Astensis. facta fidelitate. per ordinationem. domini Jacobi dei gracia. Taurinensis. Episcopi Jmperialis Aule vicarij. a. domino Guidone de landriano. Astensi. potestate. domino. Jacobo dei gratia Astensi Episcopo et eius catolicis. successoribus et ipsi Ecclesie Astensi secundum. quod continetur. in capitulo. fidelitatis. quod scriptum est in carta. concordie. facte inter Ecclesiam et Episcopum Astensem ex una parte et Comune Astense ex altera. que carta. scripta est. per manum Willelmi. de bellino. vercellensis imperialis curie. notarij. in quo eciam Sacramento fidelitatis. ipsa potestas (2) Jurauit. similiter. per ipsius. domini. episcopi Taurinensis ordinationem. bona fide et sine fraude. concordiam. illam. Attendere. et obseruare in omnibus et per omnia. et bona fide et sine fraude. Attendi et obseruari. facere. prout in predicta. carta. illius concordie. facta per omnia. continetur. ipsi potestati. consenciente. populo. ipsius Ciuitatis. dictus. dominus. Jacobus. Astensis episcopus. a. parte et nomine Astensis. Ecclesie. per ipsius domini. episcopi Taurinensis et vicarij. ordinationem. ipsi domino Astensi episcopo Consencientibus. domino bruno (3) Archidiacono. domino. Rebuffo Archipresbitero. domino Guillelmo. de brayda preposito. magistro. henrico de viarixio. domino Egidio. Magistro Gribaldo domino petro. de filizano. Alberto. gribaldo. domino vberto condam. Alberti. Archipresbitero domino vberto. de catena. canonicis Astensibus ibi presentibus. Jnuestiuit. per rectum et gentile feudum. dictum. dominum. Guidonem. de landriano. Astensem. potestatem. vice et nomine. comunis et vniuersitatis. illius ciuitatis Astensis. de recto feudo. illius comunis. videlicet. de omni eo. quod reperiretur. illud comune Astense. Consueuisse. tenere in feudum. per predictam Ecclesiam Astensem. Jtem. in eadem. inuestitura. dictus. dominus Astensis episcopus a parte et nomine predicte. Astensis. Ecclesie. consensu. eciam et uoluntate. predictorum. canoni-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca — B. Copia in *L. V.*, f. 79 *r.* — C. Ediz. in *Cod. ast.*, IV, 22, doc. 1005. — D. Ediz. parz. in Molina, II, 159.

(2) F. 79 *v.* (3) C: briano

Digitized by Google

corum. Jnuestiuit predictam. potestatem. Astensem vice et nomine Comunis illius. Ciuitatis. Astensis per rectum et gentile feudum. Nominatiue de omni eo et quamtocumque ipse Episcopus et Ecclesia. Astensis habet. in maxio et pertinencijs eiusdem. Exceptatis. Ecclesijs et Albergaria ad quam. eciam Albergariam debet ire potestas. Astensis. cum. episcopo. si uoluerit. tamquam. vassallus. Jtem et de omni eo. quod ipsa. Ecclesia habet in Alzano Exceptis Ecclesijs. Jtem de omni eo et quantocumque. ipsa Ecclesia Astensis. habet in insula. Exceptis Ecclesijs et fidelitate Abbatis Apostolorum. quam ei facit. Jtem et de omni eo. et quantocumque. ipsa Ecclesia Astensis. habet. in comit(t)atu. Serrelonge uel uidetur habere Et in pertinencijs. eiusdem. Exceptatis Ecclesijs. Eo uidelicet. tenore ut a modo in Antea. illud. Comune Astense habeat et teneat. predicta. omnia in feudum. data. ut Supra. et faciat exinde. nomine recti et gentilis feudi quicquid voluerit. absque contraditione illius. Ecclesie siue predicti episcopi. Astensis seu successorum. eius vnde plures. Carte. inde vno. tenore scripte sunt. et [*ad*] hoc interfuerunt. testes. dominus. Otto Abbas. Apostolorum. dominus Guido de fri[*n*]go eius prior Magister Jacobus. pellacia Archipresbiter. de Baennis. dominus. petrus rebeccus canonicus. Ecclesie Sancti Secundi Magister henricus. canonicus Ecclesie. Aniani de castello. dominus petrus. hospitalis. Sancti Johannis. dominus petrus prepositus. Sancti dalmacij. de taurino. Anricus. beccutus. taurinensis Gauarrus. et Willelmus de mezeto. Jacobus. de marenzana. Guillelmus de. montafla. petrus de marenzana. dominus. Jacobus de populo iudex. potestatis Astensis et alij. plures.

(S. T.) Ego Guillelmus. de bellino. vercellensis Jmperialis. Curie notarius. predictis. omnibus. interfui. et de mandato ipsius Taurinensis domini episcopi hanc cartam scripsi.

Jn Nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo. Trecentesimo quinquagesimo quarto. Jndicione septima. die sestodecimo. octubris. Suprascripta Exempla. siue transcripta. sumpta per me Nicholinum de Corgnato notarium ex Autenticis. instrumentis prefactis venerabili viro. domino Guillelmo. de bruxatis. iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini. Baldrachi dei gratia Astensis Episcopi. vicario. generali. presentata et insinuata fuerunt. Et in eius presencia per me ipsum notarium et alios notarios infrascriptos ad ipsa Autentica. Ascultata et examinata Et quia ipse dominus vicarius. vtraque. per ordinem. concordare. cognoult ut eisdem. Exemplis adhibeatur. de cetero. per quoslibet plena fides. suam et Astensis. Ecclesie. Auctoritatem. interposuit et decretum. Actum in castro Baennarum. presentibus. Andreono de Sancta victoria. canonico. Sancte Marie de vineis. in Janua et Thoma lectore clerico. testibus vocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta

Digitized by Google

per Nicolinum de corgnato notarium vna(a) cum dicto Nicolino et Nicolino de bruxatis infrascriptis notarijs in presencia dicti domini Vicarij ad ipsa diligenter inspicientis fideliter Ascultaui et quia vtraque concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta. sumpta per nicolinum de corgnato notarium vna(a) cum Guillelmo cuniberto suprascripto et nicolino de corgnato Jmf(f)rascripto notarijs in presencia dicti domini vicarij ad ipsa diligenter inspicientis fideliter Abscultaui et examinaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo cons(s)ueto Signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus de Corgnato. de Baennis inferioribus. Astensis diocesis. publicus. Jmperiali auctoritate. notarius Suprascripta exempla siue transcripta. ex autenticis. instrumentis prefactis. fideliter Sumpsi. Et postmodum in presencia prefacti domini vicarij. inspicientis vna cum Guillelmo et Nicholino. notarijs antedictis ad ipsa autentica. instrumenta abscultaui et examinaui Et quia vtraque per ordinem concordare cognoui de ipsius. domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam. fidem et testimonium me subscripsi et Signo meo. consueto. signaui;

CCXXIII (1). [14 marzo 1334].

Quedam Citatio

Citatio contra Dominum Archipresbiterum Canalium occupatorem bonorum mensae episcopalis

In nomine domini Amen. Anno natiuitatis. eiusdem Millesimo Trecentesimo. tricesimo. quarto. Jndicione. secunda. die quartodecimo. Marcij. Cum. ad instanciam.. procuratoris. Reuerendi. in xpisto patris. domini Arnaldi. dei et Apostolice. sedis. gratia Episcopi Astensis. suo nomine et Astensis. Ecclesie dominus henricus de Scribanis vicarius eiusdem. domini Episcopi. Citauisset Ac monuisset Ac citari et moneri. mandasset dominum Bonifacium de valperga. Canonicum. Ecclesie siue plebis Sancti victoris. de caualibus Astensis. diocesis et.. Archipresbiterum et Capitulum. Eiusdem. Ecclesie. per suas literas. infrascripti tenoris. Henricus. de Scribanis. Reuerendi. in xpisto. patris. domini Arnaldi. dei et Apostolice sedis gracia. Episcopi Astensis vicarius generalis. discreto viro presbitero. Bartholomeo. Rectori. Ecclesie. sancti poncij. de montixello. diocesis. Astensis. Salutem. in domino. Conquestus est nobis.. procurator dicti domini nostri. episcopi suo. nomine. et Astensis. Ecclesie. quod. dominus. Bonifacius de valperga. Canonicus. Ec-

(1) F. 80 *r.* (2) *In margine di scrittura del sec. XVI*: in castro baenne

Digitized by Google

clesie. siue plebis. Sancti victoris. de canalibus. pretestu Canonicatus. et prebende. quas ibidem obtinet infrascriptas. terras. et possessiones. que ut idem procurator. Asserit. ad se dicto nomine seu dictum dominum episcopum et Ecclesiam. Astensem pertinent. iure dominij. uel quasi. detinet. siue. suo. nomine. detineri. facit. occupatas. indebite. et iniuste. in grandem. ipsius procuratoris. dicto. nomine. seu dictorum domini. episcopi et Ecclesie preiudicium et iacturam. Quam.obrem. super hoc. a nobis. sibi fieri. iusticiam postulauit. Quocirca. presertim. cum ignoremus vbi sit siue resideat. ad presens. dominus. Bonifacius. supradictus. discretioni. tue. presencium. tenore. Comittimus et mandamus. districcius. iniungentes. quatenus aliqua die. non feriata. edomade siue septimane proxime uenture. in dicta Ecclesia. siue plebe de. Canalibus et nichilominus (*sic*). in oratorio. seu cappella. eiusdem. infra villam. seu. locum. canalium constitutus. publice. coram populo. siue testium sufficienti. numero. ex parte nostra. Cites. moneas et requiras. eumdem. dominum Bonifacium. nominatim ac nichilominus. Archipresbiterum et Capitulum Eiusdem Ecclesie. siue plebis. si et quantum. sua credunt. seu crediderint. interesse seu eciam interest. quatenus. nisi prius. inde fuerint. in concordia. cum dicto.. procuratore. dicto. nomine seu. dicto. domino episcopo. et. Ecclesia Astensi. die decima. mensis marcij. proxime. venturi. quem. terminum. vnum. pro tribus et perhenptorium. ut parcamus laboribus et expensis. tu. Assignes et nichilominus. nos. Assignamus. eisdem. ac eciam simili modo. ipsos Monemus. tenore. presencium et citamus. in Castro Baennarum (2) comparea[n]t et comparere. procurent. legiptime. coram. nobis. dicto. procuratori. dicto nomine super. premissis de iusticia responsuros. Alioquin contra eos et precipue. dictum dominum. Bonifacium. et in predictis. procedemus. ut de iure fuerit faciendum. eorum absencia. non. obstante. De publicatione uero. harum literarum quas per te publicari. volumus. in Ecclesia seu plebe. ac eciam oratorio. supradictis et Citatione per te facienda. predicta. fieri facias. publica. instrumenta. presencium seriem continentia. que nobis postmodum. destinare quam. cicius (3). non obmittas. de presentatione. denique. presencium tibi facta. quas registrari et nostri sigilli Appositione. muniri fecimus. ad cautelam earum latori cum Juramento. credemus. dicte autem terre et possessiones. sunt hec. Primo domus vna sita in villa Ruburenti prope pontem Castri. Cui choeret via Andreas. caretus et Sismundus bunfiglus. Jtem. pecia una terre. sita ibi. prope. apud domum. domini Episcopi. cui coherent via et fossatum. desubter et dicta. domus. domini episcopi. Jtem domus vna. cum pecia vna prati et castagneti. simul tenentis sita in villario Ruburenti. loco ubi. dicitur in capiteville cui coherent. via comunis. Guillelmus ba-

Digitized by Google

zorera oddo. durellus. Jacobus veola heredes Andree. trencherii. Bosius pomius et heredes Anthonij. manerie Jtem. pecia vna terre. cum Arboribus. s(c)ita ibi prope vbi dicitur. in Castagneto. grosso. cui coherent via. Oddo durellus. Raymundus Ambroxius. et dominus. episcopus. de subter Jtem alia pecia. terre una arboribus sita ibi. prope. cui choerent via. heredes Jacobi pomi et oddo. durellus Jtem pecia una castagneti in fine. Ruburenti. ubi dicitur. in castagneto. grosso. cui coherent Johannes vitalis. dominus episcopus et Ecclesia Sancti Syrij. et Jacobus de Arditione. Jtem pecia. vna prati. et castagneti sita in dicto. villario. Ruburenti prope. domum henrici çebellini. cui coherent. via. comunis. heredes Alaxie caramelle. et feniclus. galianus. Jtem Alia pecia. terre cum Arboribus. sita. in dicto villario ruburenti. [*cui coherent*] dominus episcopus via comunis et petrus gatacius Jtem pecia vna terre. s(c)ita. in dicto fine Reburenti. ubi dicitur in beola. cui coherent Bosius pomius. ab vna parte. Petrus cebellinus ab alia. et Ecclesia Sancti. Syrij Jtem alia pecia. terre sita in fine turris. ubi dicitur. ad duas sorores. cui choerent. via comunis desubter. heredes. Oddonis Pomi heredes Jacobi pomi: et obertus pomius Jtem alia pecia. terre sita in fine turris. loco ubi dicitur in remulinis. cui coherent Jacobus baxilius ab una parte et Ramundus manfredus ab alia — datum. Baennis. Anno domini M°CCCXXXIIIJ°. die. X°. februarij. secunde. Jndicionis. Prenotateque litere. per rociam. nuncium in hac parte dicti domini vicarij. ex eius parte. die. XIJ. februarij proxime preteriti. presentate fuissent. dicto presbitero. Bartholomeo prout eciam idem nuncius cum Juramento retulit. se fecisse Prefatusque presbiter. Bartholomeus iuxta tenorem. dictarum. literarum. dictos. dominum. Bonefacium.. Archispresbiterum et. Capitulum citasset et monuisset prout significauit. eidem. domino vicario. tum per instrumentum factum. per oddinum. macharium. notarium. infrascripti tenoris. Anno domini. M°CCCXXXIIIJ°. Jndicione secunda. die X° mensis marcij. in montixello in platea. presentibus Jordano. landulfo. et henrico et me. infrascripto. notario. presbiter Bartholomeus Rector. Ecclesie sancti poncij. de montixello. retulit. se monuisse et citasse die XVJ. mensis februarij proxime. preteriti. dominum. Bonifacium. de valperga. Absentem et dominum franciscum. Archipresbiterum et vilanum. pelletam canonicos plebis. canalium. pro primo secundo et tercio et perhemptorio. termino. quatenus se concordarent. cum procuratore. domini Astensis. episcopi super certis. terris et possessionibus. in territorio Reburenti. occupatis per. ipsum. dominum Bonefacium. canonicum. predicte. plebis canalium. uel quod presentent. se de iusticia responsuri coram vicario. domini episcopi Astensis. in Castro. Baennarum. die X^a^. mensis. marcij. de iusticia responsuri. Jdem dominus

Digitized by Google

Bartholomeus. quia. non audet ire. propter viarum et guerrarum pericula. coram me notario. infrascripto. retulit et potestatus. fuit. fecisse predictis. monitionibus et citationibus (4) sicut Apparebit. et Apparet. per. Jnstrumenctum factum. manu. Conradi. de vallezelata de canalibus. notarij. Tum eciam per suas literas quarum similiter tenor. talis est — Discreto et Sapienti viro. domino henrico de scribanis. vicario. Reuerendi. patris domini A[rnaldi] dei gratia. episcopi Astensis presbiter Bartholomeus. rector Ecclesie Sancti poncij. de Montixello. cum recomendatione. se ipsum (*sic*). Significo vestre. discretioni. et eciam. per presentes literas retulo. quod die. XVJ. mensis. februarij. proxime. preteriti. in Ecclesia. plebis Sancti victoris. de canalibus. monui et citaui pro primo. secundo et tercio et perhemptorio. [*termino*] dominum. Bonefacium. de valperga. absentem. quatenus. deberet. se. concordare. cum procuratore. domini episcopi. super certis. terris. (occupatis) per ipsum dominum Bonefacium occupatis (4) in Castellario et territorio. Reburenti. uel quod se presentaret. de iusticia coram vobis. die x°. mensis Marcij. Eadem. die in villa Canalium. scilicet. in oratorio. monui et Citaui. dominum franciscum. Archipresbiterum et villanum pelletam. canonicos. eius. plebis. presentes et personaliter pro primo et secundo. et tercio. et perhemptorio [*termino*]. ut in vestris. continebatur. literis. Ac eciam Assignaui. eis. terminum ad respondendum coram vobis. in Castro Baennarum. eidem. procuratori. de iusticia. die x°. mensis marcij et precepi de monitione et citatione. fieri publicum instrumentum. scriptum manu Conradi. de val[*l*]ezelata et coram. testibus. Et in testimonium. premissorum omnium sic vobis facio fidem per literas istas. sigillo meo. a tergo sigillatas. datas. die. x°. mensis marcij. M°CCC. XXX.IIIJ. secunde indicionis. Et demum adueniente. dicte monitionis et citationis. termino. dictus. procurator. dicto nomine. coram ipso. domino vicario. comparuerit et predictorum. tunc non comparencium Contumaciam. Accusauerit. in hunc modum. — Die Jouis. Decimo. mensis. marcij. presbiter. Audibertus. aycardi. procurator dicti domini Episcopi suo nomine et Astensis. Ecclesie. Comparet et se presentat. Coram Suprascripto. domino vicario. ad terminum. et in termino Assignato. per presbiterum Bartholomeum Rectorem. Ecclesie. de montixello. ex commissione. inde sibi facta. per dictum. dominum vicarium..domino Bonefacio. de valperga Canonico. Ac.. Archipresbitero et Capitulo. plebis de canalibus. ad comparendum hodie. in Castro. Baennarum. coram. prefato. domino vicario. dicto procuratori. de iusticia responsurj. nisi prius. forent. in concordia. cum ipso procuratore. super. certis. terminis.

---

(3) *L. V.*: tocius (4) *Lo spaziato è nel margine.* (5) F. 80 *v.* (6) *Lo spa-*

Digitized by Google

et possessionibus. sitis. in Ruburento et posse ad dictum dominum. Episcopum et Astensem. Ecclesiam. spectantibus. quas ut ipse procurator Asserit. predicti. siue dictus dominus Bonefacius. tenet indebite. occupatas. prout. de dictis commissione. ac monitione. supra. patet. dicens. idem. procurator. dicto nomine (5). quod predicti non sunt in concordia. cum ipso. super predictis. Et propterea. paratus est facere. petitionem. suam. predictis. uel procuratori. ipsorum. si presentes adessent. Et quia non. comparuerunt ut debebant ipsorum. contumaciam. Accusauit. protestans. de expensis ac petens. contra. ipsos et alias. in predictis. procedi. iusticia. mediante. Cumque prefatus. dominus. Bonefacius. fecisset et constituisset. Spagnolium. domicellum. suum procuratorem suum ut Apparebat alio. instrumento. publico. facto per vbertinum. baroncellum. de corgnato. notarium. Cuius. instrumenti. tenor talis est. Anno domini Millesimo. ccc°.xxxiiij. Jndicione secunda. die xvij mensis februarij. Jn Castro valperge. testibus. presentibus. Aymone. portario. dicti Castri. et philippo pictore. qui habitat ripayrolij. Reuerendus vir dominus Bonefacius. de valperga. canonicus. Ecclesie. Astensis. atque Ecclesie. de canalibus Eiusdem. diocesis. constituit. et ordinauit. expagnolium. eius domicellum. presentem et Constancium fauzonum. de monte vici. licet absentem et quemlibet eorum. in solidum ita quod occupantis condicio. non sit melior.. suos. certos. procuratores ad comparendum. Coram venerabili. in xpisto patre..domino Arnaldo dei gratia. episcopo Astensi. occaxione. cuiusdam. Citationis. que facta dicitur eidem pro quibusdam. possessionibus. quas. tenet. nomine canonicatus. sui. Ecclesie de Canalibus. in quibus dictus. dominus Episcopus. nomine Astensis Ecclesie. que possessiones iacent. in rubure[n]to. siue coram. domino vicario. ipsius domini episcopi et qualibet curia causa. predicta. tam in Agendo quam. in deffendendo. ad libellum. dandum et recipiendum. et maxime ad componendum compromittendum transigendum. de predictis. possessionibus. vbicumque fuerint cum ipso domino episcopo. seu alia quacumque. persona. pro ipso. intercedente. in dicta causa Et ad remittendum. Jura sua que habet. in dictis. possessionibus. dum tamen de iure habita prius compensatione et Assignatione. certissima. de dictarum possessionum fructibus et prouentibus. prout expedierit et ordinatum fuerit. inter factores dicti. domini episcopi et prelibatos procuratores seu alterum ipsorum. dicti domini Bonifacij. Et ad Sentenciam audiendam. Appellandum et prosequendum et omnia et singula faciendum. que earum. merita. postulant Et requirunt. et que ipsemet. facere. posset. si presens adesset. Concedens dictis suis. procuratoribus. et cuilibet ipsorum liberam et generalem administrationem Cum libero et generali. mandato. in predictis et circa. Et promittens. michi notario. infrascripto ut

Digitized by Google

publice. persone stipulanti vice et nomine quorum intererit. se firmum habiturum quicquid per dictos. eius. procuratores seu alterum. ipsorum. in predictis et circa. Actum fuerit. siue gestum. Et volens eos et quemlibet ipsorum a satisdactionis onere relleuare. promisit michi notario. pro eis. de iudicio sixti et iudicatum. solui cum omnibus suis clausulis michi notario. dicto nomine stipulanti quo. Supra. et (6) fideiubens. eciam de predictis. pro eis ut. Supra. Sub ypoteca. bonorum suorum Et de predictis preceptum est michi notario infrascripto. fieri et traddi. publicum. Jnstrumentum vnum et plura. quod reflici possit. consilio Sapientis. semel et pluries si fuerit. opportunum. Ecce quod. prefactus Spagnolius. Jdemque procurator. sibi dicto nomine seu dicto domino Bonefacio. secundum. ordinationem factam. inter dictum. dominum. Episcopum et ipsum Spagnolium. dicto nomine prius facta. Assignatione. dictorum fructuum. siue florenorum vigintiquinque pro estimatione dictorum fructuum. Quos florenos xxv. proinde ad instanciam. dicti. domini episcopi vbertus de Sancta victoria. conuenit et promixit Annis. Singulis infra kalendas. Marcij in vita ipsius domini Bonifacij seu quam. diu ipse dominus Bonifacius vixerit. dare et soluere eidem domino Bonifacio. siue suo certo nuncio. et procuratori. ut. patet. alio. instrumento. publico. inde recepto. per me subscriptum. notarium. hoc eodem Anno. Jndicione et die. Jntendens prout sibi fide digne. innotescebat. omnes supradictas. terras. et. possessiones. consistentes in dicto loco Ruburenti. Ac posse et territorio. ipsius. loci siue sint domus prata nemora. castagneta terre culte et inculte. siue alia quecumque. que idem dominus Bonifacius tenere et possidere consueuit. et quasi siue tenebat et possidebat. et quasi. ibidem. ratione dicti sui canonicatus. et prebende dicte (sue) Ecclesie. canalium uel alio quomodocumque et qualitercumque sunt iuris dicti. domini episcopi et Ecclesie Astensis et ad ipsum. siue ipsam de iure spectant. Ac propterea. volens absque alia lite. causa et questione. eidem domino episcopo Et ecclesie. super hijs recognoscere bonam. fidem ad instanciam ipsius domini episcopi suo et nomine dicte ecclesie. recipienti. dixit et confessus fuit. ac eciam recognouit. dicto nomine omnes dictas possessiones et iura fore dicti. domini episcopi et Ecclesie Astensis. et ipsas et ipsa. ad dictum. dominum episcopum et ecclesiam legiptime pertinere et inde fecit Sibi pacem finem quitationem remissionem ac etiam concessionem et translationem. quamtum omnino pertinet ad dictum. dominum Bonifacium. dans et concedens Sibi. licentiam. auctoritatem et potestatem plenariam ingrediendi eciam sua. propria auctoritate. ac tenendi et possidendi et quasi omnia et Singula suprascripta non obstante contradictione aliqua. dicti domini Bonifacij et cuiuslibet alterius persone. Ad. hec

Digitized by Google

eciam promixit et conuenit se facturum et curaturum. suo posse. bona fide ita quod ultra non teneatur. quod. Archipresbiter et capitulum. dicte ecclesie. de canalibus. ratificabunt omnia et singula suprascripta. pro quibus omnibus sic firmis. tenendis et inuiolabiliter obseruandis. obligauit. dicto domino Episcopo omnia bona. dicti domini Bonifacij. Renuncians exceptioni doli mali et in factum. conditioni sine causa et ex iniusta causa. beneficio restitutionis in integrum. Et generaliter cuilibet alij. Exceptioni et deffensioni iuris et facti. de quibus omnibus et singulis dictus dominus episcopus iussit. per me infrascriptum notarium. confici publicum instrumentum. Actum in Castro baennarum presentibus. dominis henrico de Scribanis Suprascripto vicario. ac fratre Johanne priore. Ecclesie de gallino et presbitero Audiberto Aycardi. Cappellano (6) dicti domini episcopi testibus vocatis et rogatis. (S. T.) Et Ego petrus. caballus de Monteregali. Astensis diocesis. publicus. Jmperiali. Auctoritate notarius. et Scriba curie dicti domini episcopi. premissis presens fui et vocatus et rogatus. hanc cartam. sic publice scripsi et meo signo consueto signaui. in testimonium premissorum;

Jn nomine domini amen. Anno natiuitatis. eiusdem. MCCCLV. Jndicione VIII^a.. die XVIII°. mensis Aprilis. hoc exemplum. siue transcriptum sumptum per me Nicholinum de corgnato. notarium. ex autentico instrumento. scripto manu notarij. in ipso. subscripti. venerabili. viro. domino Guillelmo de bruxatis. iuris utriusque. perito. Reuerendi in xpisto. patris. domini Baldrachi. dei gratia. Astensis episcopi vicario. generali. presentata fuerunt. Et in eius presencia per me ipsum notarium et alios notarios infrascriptos. ad ipsum autenticum ascultatum. Et quia ipse. dominus vicarius. vtrumque concordare inuenit. ut eidem exemplo adhibeatur plena fides. suam et Astensis Ecclesie auctoritatem interposuit et decretum. Actum. in Castro Baennarum presentibus domino lodouico uasco Archipresbitero montisulci. Andreono. de Sancta victoria. canonico. Sancte marie. de vineis in Janua. et Jacobo blarelli. de Atrobato. testibus. uocatis et rogatis)

(S. T.) Et Ego Johannes. de gabiono. de vignali. publicus. imperiali auctoritate notarius. suprascriptum exemplum siue transcriptum sumptum per Nicolinum de corgnato notarium vna(a) cum ipso nicolino et Guillelmo (7) cuniberto infrascriptis. notarijs in presencia dicti domini vicarij. ad ipsum autenticum inspicientis fideliter abscultaui et quia vtrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij. mandato in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis

---

ziato è in sopralinea. (6) *L. V.*: Cappellanus (7) Guillelmo *è riscritto su raschiatura.*

Digitized by Google

publicus imperiali Auctoritate notarius suprascriptum exemplum siue transcriptum sumptum per Nicolinum de corgnato notarium vna cum Johanne de gabiono de uignali suprascripto et ipso Nicolino infrascripto notarijs. in presencia dicti domini vicarij. ad ipsum Autenticum Jnspicientis fideliter abscultaui et quia vtrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus. de Corgnato. de Baennis inferioribus. Astensis diocesis publicus. imperiali auctoritate. notarius. suprascriptum. exemplum siue transcriptum. ex originali instrumento. scripto manu. petri predicti. fideliter sumpsi. Et postmodum. in presencia prefati domini vicarij inspicientis. una. cum. Johanne et Guillelmo notarijs. suprascriptis. ad ipsum autenticum. ascultaui et examinaui. Et quia vtrumque. per ordinem. concordare. cognoui. de ipsius. domini vicarij. mandato. in eorumdem exempli. plenam. fidem et testimonium. me subscripsi. et signum. meum aposui consuetum.

CCXXIV (1). [10 novembre 1334].

presentacio

Recognitio Domini Archipresbiteri Canalium

In nomine domini amen Anno natiuitatis. eiusdem. Millesimo Trecentesimo. tricesimo. quarto. Jndicione secunda die iouis. decimo. Nouembris. Jn presencia testium infrascriptorum. Cum venerabilis. vir. dominus Bonifacius. de valperga. canonicus Astensis et canonicus. Ecclesie siue plebis Sancti victoris. de canalibus Astensis. diocesis. per Spagnolium. domicellum suum ad hec procuratorem. eiusdem eius nomine. Coram. Reuerendo in xpisto patre domino Arnaldo. dei et apostolice sedis. gratia Episcopo Astensi. audiente et recipiente suo nomine ac nomine et vice ecclesie Astensis constitutum Jntendens. prout sibi fide digne. innotescebat. quod omnes terre et possessiones consistentes in ruburento ac in territorio et posse Reburenti. de Montaneis dicte diocesis siue. sint domus. prata nemora castagneta. terre culte et inculte siue alia quecumque quas et que idem dominus Bonifacius tenebat et possidebat. et quasi. siue tenere et possidere consueuit et quasi. ibidem ratione. dicti sui canonicatus et prebende. dicte Ecclesie de canalibus uel alias quomodocumque. et qualitercumque. erant iuris dicti domini episcopi. et Ecclesie Astensis et ad ipsum siue ipsam. de iure spectabant. Ac propterea volendo absque alia lite ipsi domino Episcopo et Ecclesie Astensi super hijs recognoscere bonam fidem. ad instanciam Eiusdem domini episcopi. suo et dicto nomine dixisset. confessus fuisset. ac eciam recognouisset hec omnia fore ipsius domini

(1) F. 81 *r*. (2) *Lo spaziato è in sopralinea.*

Digitized by Google

episcopi et Astensis Ecclesie et ad ipsum dominum episcopum et Astensem ecclesiam. legiptime. pertinere. ac inde. fecisset sibi pacem finem quitationem. remissionem ac eciam concessionem. et translationem quantum omnino pertinet. ad eumdem dominum. Bonifacium. dando et concedendo eidem domino. episcopo licentiam. auctoritatem et. potestatem plenariam. ingrediendi. eciam. sua propria auctoritate. ac tenendi et possidendi et quasi. ea omnia et Singula non obstante. contradicione. ipsius domini Bonifacij et cuiuslibet alterius. persone. prout hec omnia et alia constare dicebantur publico instrumento inde facto. hoc eodem Anno. et indicione die. XIIIJ°. marcij per me petrum caballum. notarium. infrascriptum. Ecce quod venerabilis uir (2) dominus franciscus de coconato. Archipresbiter dicte Ecclesie seu plebis sancti victoris de canalibus suo nomine ac nomine et uice sui et dicte Ecclesie. capituli ad hec specialiter constitutus. coram. domino Episcopo suprascripto. plene certificatus. de predictis omnibus. factis et recognitis ut premittitur per dictum. dominum Bonifacium seu. . procuratorem suum. Jntelligens eciam ipse. verum esse. quod eedem terre pos[s]essiones. et alia supradicta sunt et fuerunt. iuris. dicti domini episcopi et Ecclesie Astensis et ad ipsum dominum episcopum et ecclesiam Astensem. de iure spectant. dixit simili modo confessus fuit ac eciam recognouit. suo nomine et dicti capituli sui plena ac longa super hoc deliberatione. habita quod eedem terre et possessiones et alia supradicta sunt iuris eiusdem. domini episcopi et ecclesie Astensis et ad ipsum. dominum episcopum et ecclesiam Astensem. pertinent. iure. dominij uel quasi. Et inde suo nomine et dicti sui capituli ratificauit et Aprobauit confessionem et recognitionem ac omnia et singula dicta. et facta ut Supra. pro parte dicti domini Bonifacij. Et insuper eciam idem Archipresbiter. suo nomine et dicti sui capituli fecit ipsi domino episcopo suo et dicto nomine pacem finem quitationem remissionem ac eciam concessionem et translationem. quantum. ad. sese pertinet. de omnibus et singulis. supradictis. dando. et concedendo sibi licentiam et potestatem omnimodam ingrediendi. eciam sua propria auctoritate. tenendi et possidendi. ea omnia et singula. demum. promixit eciam. eidem domino episcopo. solempniter. stipulanti et recipienti. se facturum et curaturum quod dictum suum capitulum. seu hij. si et qui in ipso capitulo. ad hoc vocem habere noscuntur. hec omnia ratificabunt et Approbabunt. pro quibus omnibus et singulis firmis tenendis et inuiolabiliter obseruandis. obligauit eidem domino Episcopo. omnia sua bona. — de quibus. omnibus et singulis. tam dictus dominus episcopus. quam dictus Archipresbiter iusserunt. per me notarium confici publicum. instrumentum. Actum. in canonica Astensi

Digitized by Google

presentibus. domino henrico de Scribanis vicario. dicti. domini episcopi. ac dominis Johanne. de bassignana. preposito et Cuniberto. Archidiacono. Astensi testibus vocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Petrus caballus. de monteregali. Astensis diocesis. publicus. Jmperiali. auctoritate notarius. et Scriba Curie. dicti domini episcopi predictis omnibus. presens fui et uocatus et rogatus. hanc cartam publice sic scripsi et meo consueto. signo signaui. in testimonium. premissorum. Et constat michi. de additione facta. in prima linea huius instrumenti. ubi dicitur. indicione. secunda. quia illam propria manu scripsi.

CCXXV (1). [24 marzo 1291].

PACTA INTER COMUNE MONTIS ET HOMINES MONTANEARUM (2)

Conuentio seu renouatio pactorum inter plures Sindicos Comunitatum cum Monteregali.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. Nonagesimoprimo. Jndicione quarta. die vigesimo quarto Marcij. Jn monteregali presentibus. domino. Johanne turcho iurisperito. domino. Berrana brexano. et petro mercerio. (3) notario. testibus errogatis. Dominus Conradus. brexanus. dominus. Blancus brexanus. Manfredus. veglacius. Jacobus tricolus. henricus de sineo. henricus de aymis. Brexanus. de valle. Petrus dolius et Clericus garbenna. habentes bayliam a. generali consilio. montisregalis. ex vna parte. Oddo cauallus. sindicus comunis montisalti. Otto bagnaschinus. Sindicus. comunis turris. Et Oddo cebellinus Sindicus comunis ruburenti. sicut. omnes tres. predicti Asserendo dicebant. esse sindicos. predictorum locorum et esse electos. Sindicos per predicta eorum comunia in consilio generali. et exinde. esse facta. publica. instrumenta. ad infrascripta. pacta. facienda. renouanda confirmanda et ad eternam rei memoriam cum (4) comuni et hominibus montis. Et. Jacobus capriolius. Petrus rebrestus. Jacobus merlus. Jacobus dacianus. Belengerius dacianus et Oddo veuianus. Sapientes dictarum villarum qui Asserendo dicebant. quod. debebant esse cum predictis Sindicis pro eorum comu-

---

Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *Liber instrum. Com. Montis.* f. 29 *v.* — C. Copia in *L. V.* f. 81 *r.* — D. Copia cartacea del sec. XVI, in *Arch. Com. Mondovì*, pacco A. — E. Ed. in *Libro Rosso di Monteregale*, f. 416 *v.* — F. Ediz. in Barelli, *Liber instr.*, 97, n. xl, in questa *Bibl. Soc. St. Sub.*, 24. — G. Ediz. parz. in Morozzo, *Storia di Monteregale*, II, 454.

Met. di publ. — Si riproduce C.

(2) *Questa prima intestazione è nel margine al basso della pagina.* (3) F: merçario (4) *Lo spaziato è in sopralinea.* (5) F: 81 *v.* (6) F: noctis

Digitized by Google

nibus. ad infrascripta pacta facienda et approbanda. et ab eorum comunibus in preceptum habebant. nomine predictorum comunium et vniuersarum et singularum personarum dictorum comunium uel alterius ipsorum. ex altera parte pro bono statu et bona conditione. omnium predictorum comunium ad eternam rei memoriam et ad recognoscendum. pacta et conuentiones antiquas. inter predicta comunia celebratas. inter sese infrascripta pacta. ad inuicem. contraxerunt. Que pacta. fuerunt confirmata et aprobata per cons(c)ilium generale. comunis Montis voce preconum sono campanarum. more solito congregato. Primo conuenerunt inter eos quod omnes bone consuetudines. antique. inter predicta comunia. conseruate et obseruate. olim. sint firme et inuiolabiliter. inter predicta comunia. obseruentur ut solitum est. et aprobatum. Jtem teneantur predicti. homines mo[*n*]tanearum. nomine predictorum comunium facere pacem. guerram. exercitum et caualcatas pro comuni Montis ut soliti sunt. saluo eo quod homines montis. teneantur. requirere. homines montanearum. uel eorum conscilia. uel castellanos. quando uellent facere. et incipere uel facere. expensas milicie quod veniant in cons(c)ilium. comunis montis ad uidendum et audiendum. predicta. Et si dicti homines montanearum. nollent uenire uel mandare eorum nuncios uel ambaxatores quod propter. hoc. non permaneat. omnia predicta. homines montis facere. Et si homines montis. cons(c)ilium uel. potestas. non requirent homines montanearum. ut supra. quod predicti de montaneis non teneantur soluere eorum. partem. expensarum que fierent occaxione predicta. nec eciam de dicta guerra. Jtem quod homines et Comune montis. teneatur facere guerram et pacem. pro comunibus montanearum. predictis et exercitus et caualcatas. Saluo eo tamen. quod si homines et comunia. predictarum montanearum uellent incipere guerram cum aliquibus personis. teneantur. ponere. omnia predicta in consilio. generali. montis antequam inciperent eam et facere. que eis uidebitur. Et si inciperent. dictam guerram uel facerent sine eo quod ponerent. (5) primo in consilio montis. et sine eorum consensu quod Comune montis. non teneatur de predictis. Jtem quod predicta Comunia montanearum teneantur soluere sicut consueti sunt. in comuni montis eorum partem. expensarum in infrascriptis scilicet quartam partem cum villis alijs scilicet carruco. rochabaudorum freabozia et Sancto blaxio. uidelicet in salario potestatis. in ambaxatis. et in omnibus alijs expensis que fierent uel facta essent occaxione. pacis. uel guerre uel aliqua alia occasione. facta. uel factura et in milicia exceptis quam in vijs. pontibus. Ecclesijs fontibus. incendijs et dampnis datis clandestine et in custodia no[*c*]tis (6). ville montis et clausuris. in omnibus alijs autem expensis teneantur

Digitized by Google

soluere corum partem. Jtem quod iudex comunis montis sine aliquo salario. teneatur terminare omnes questiones et causas que habent uel habebunt. insimul. uel que uentilantur. coram rectoribus et. castellanis. predictarum villarum sicut tenetur et terminat questiones comunis. montis et hominum. quocienscumque fuerit requisitus et eas in monte terminare. Jtem quod homines montanearum. predicti teneantur facere rationem et uenire ad faciendum rationem coram potestate. montis. de debitis olim. celebratis uel que. de cetero celebrentur in monte et de contractibus factis et facturis. in monte districtu et posse. Et e conuerso homines montis. teneantur facere rationem. ut supra de contractibus factis uel facturis in villis. predictis. uel finibus coram rectoribus uel castellanis. predictarum villarum. Jtem quod homines montanearum predictarum quocienscumque venirent postquam essent requisiti. per potestatem uel comune montis. uenire in cons(c)ilium. occaxione pacis uel guerre uel aliquarum expensarum possint predicti. de montaneis et debeant. habere. tot consiliarios in consilio montis et esse in partitis. dicti consilij pro quanta parte. soluerent in expensis. uel quantum minus. placuerit predictis. de montaneis. Jtem quod in villa. seu posse uel finibus ubi habitabit aliqua persona. cum foco et cathena. et familia. (quod) ibi et in ipsa uilla in qua stabit uel habitabit ibi teneatur soluere taliam de rebus et bonis suis. omnibus. vbicumque sint et non alibi. Jtem quod dicti homines predictorum locorum montanearum. debeant esse franchos in monte et iurisdictione et alibi et liberi et absoluti ab omni seruili conditione. in omnibus et per omnia vbi sunt franchi homines. montis Et quod homines montis teneantur. Juuare. predictos. ad manutenendum. omnes bonas consuetudines. eorum in omnibus. partibus. et quod eos teneant. ad eorum capitula et bonas consuetudines (7). Et hoc in quantum poterunt. de iure. homines montis. Jtem quod Expense que fierent per predicta comunia in Ambaxatoribus qui irent pro pace et guerra. facienda uel alia de causa que esset. conueniens ad. ponendum in rationem talie homines montis teneantur ponere in rationem. et taliam (montis) comunis. sicut alias quas facerent. Et si pro predictis fierent alique. Expense per comunia predicta debeant fieri ad soldum et libram. Jtem quod Castellani qui sunt uel pro tempore fuerint. debeant constringere homines montanearum predictarum venire in exercitum et caualcatas. soluere fodrum et talias. infra terminum eis mandatum et statutum per potestatem uel consilium montis. uel alium rectorem. qui pro tempore fuerit. Et. si non constringerent eos. soluere fodra et talias et venire in exercitum et caualcatas termino. statuto tunc rector montisregalis. possit banna ordinata. per comune montis. excutere contra homines

Digitized by Google

montanearum predictarum. eo modo et forma. quo excute[*n*]tur contra homines montisregalis. Et hec omnia supradicta. predicti Sindici et homines. dictarum villarum et predicti homines montis nomine ipsorum comunium. vna pars. alteri et altera alteri promiserunt rata et firma habere et tenere et nullo tempore contrafacere. uel uenire. per se uel alios. aliqua causa uel ingenio. eciam si de iure. contrauenire possent. Et si contrafacerent uel uenirent. promixerunt. vna pars alteri et altera alteri restituere omnes expensas. dampna et interesse litis et extra. Promittentes Eciam dicti Sindici et homines predicti. dictarum villarum. montanearum. se facturos et curaturos. quod eorum comunia. ratificabunt. omnia predicta. aprobabunt et confirmabunt et. pro predictis. omnibus Attendendis et obseruandis. vna pars alteri. obligauit omnia corum bona. Et omnia bona. dictorum comunium et michi notario. tamquam publice persone stipulanti et recipienti. nomine et uice omnium quorum. interest uel intererit seu interesse posset. Renunciando. dicte partes. ex certa sciencia. exceptioni doli in factum et sine causa. Et quod non possent. dicere se fore deceptos uel quod fuissent induti ad faciendum predicta dolo uel fraude. uel aliqua. machinatione immo fuerunt. confessi. quod predicta facta fuerunt. pro maxima. euidenti utilitate omnium predictorum comunium. Et omni alij. iuri. ecclesiastico et ciuili. consuetudinario. et municipali. quo se tueri possent uel uenire contra predicta. uel aliquod predictorum. Et in hac generali renunciatione. intelligatur. quelibet. specialis. ac si de ipsa facta foret mencio. specialis. Et inde plura. Jnstrumenta. eiusdem tenoris michi notario fieri rogata sunt (8). Et Ego Guillelmus de vasco. notarius palatinus hijs omnibus interfui et rogatus. hanc cartam traddidi et sic scripsi.

Jn Nomine. domini amen. Anno. natiuitatis. Eiusdem. Millesimo Trecentesimo. quinquagesimo quinto Jndicione octaua. die xviij. Aprilis. Suprascripta. Exempla siue transcripta. sumpta per me Nicholinum. de corgnato notarium infrascriptum. ex autenticis instrumentis. prefatis. venerabili et Sapienti viro. domino Guillelmo. de bruxatis Juris utriusque perito. Reuerendi. in xpisto patris et. domini. domini. Baldrachi. dei et apostolice. sedis gratia Astensis episcopi vicario. generali. presentata et insinuata. fuerunt Et in eius presencia. per me ipsum. notarium et alios notari[*o*]s infrascriptos. ad ipsa autentica ascultata et examinata. Et quia ipse. dominus vicarius. vtraque. per ordinem. concordare cognouit. ut Eisdem Exemplis tamquam originalibus. ipsis adhibeatur. de cetero. per quoslibet. plena fides. Suam et Astensis Ecclesie auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro. Baennarum. presentibus. venerabilibus. viris. domino Iodonico. vasco Archipresbitero. montisuici. Andreono de Sancta victoria. canonico. Sancte marie. de vineis in Janua. et Ja[*co*]bo blarelli. de Atrobato. testibus vocatis et rogatis;

---

(7) *L. V.*: consuetudinem (8) *L. V.*: rogatus

Digitized by Google

(S. T.) Et Ego Johannes de gabiono de vignali. publicus. imperiali auctoritate notarius. suprascripta exempla siue transscripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium vna(a) cum ipso Nicolino et Guilleimo cuniberto infrascriptis notariis in presencia dicti domini vicarij. ad ipsa auctentica inspicientis. fideliter as(s)cultaui Et quia vtraque concordare inueni de ipsius domini vicarij. mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscrips[s]i Et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Guilleimus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium vna(a) cum ipso et cum Johanne de vignali suprascripto notarijs in presencia dicti domini vicarij ad ipsa autentica inspicientis fideliter ascultaui Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et. Ego. Nicholinus. de corgnato. de baennis inferioribus. astensis. diocesis. publicus. Jmperiali. auctoritate. notarius. hec exempla. siue transcripta. ex. autenticis. instrumentis. scriptis. manibus. notariorum in ipsis. ut Supra subscriptorum. fideliter sumpsi. Et postmodum. in presencia. prefati. domini. vicarij. inspicientis. ad ipsa autentica. instrumenta ascultaui Et examinaui. Et quia vtraque. per ordinem. concordare. cognoui. de ipsius. domini. vicarij. mandato. in eorumdem exemplorum. plenam. fidem. et testimonium. me subscripsi et signum. meum. Apposui. consuetum;

CCXXVI (1). [8 settembre 1349].

CARUCI

Mandatum ad renouandam inuestituram Carruci

(S. T.) Anno. domini Millesimo Trecentesimo quadragesimonono. Jndicione secunda. die. octauo Septembris. Actum in monteregali. in domo domini Johannis de freabozia. presentibus dicto domino Johanne. pagano de freabozia. Jurisperito. Manuele tricolo et petro dato testibus vocatis et rogatis Nobiles viri dominus lazarus brexanus et Stephanus brexanus. fratres filij et heredes condam. domini. Johannis brexani. petrus brexanus. filius et heres condam. domini. Anthonij brexani. et quilibet eorum in solidum prout melius et firmius. de iure potuerunt fecerunt constituerunt et solempniter ordinauerunt. facietum couatum. de carruco licet absentem. tamquam. presentem. eorum et cuiuslibet ipsorum. verum et indubitatum. procuratorem et nuncium specialem specialiter ad se presentandum. nomine ipsorum coram. Reuerendo in xpisto patre et domino. domino. B[aldraco]. dei et apostolice sedis gratia. episcopo Astensi. Et ad requirendum (ad) petendum et

(1) F. 82 *r*.

Digitized by Google

postulandum. nomine ipsorum. a dicto domino episcopo. Astensi inuestituram feudi castri et ville carruci. quod ipsi tenent. ab ipso seu Ecclesia Astensi. Et ad accipiendum et ac[*c*]eptandum nomine ipsorum dictam inuestituram feudi prelibati. Et ad prestandum ipsorum nomine et cuiuslibet eorum Eidem. domino episcopo. nomine dicte Ecclesie et occaxione dicti feudi. debite fidelitatis. iuramentum. Et ad faciendum. eidem ipsorum nomine recognitionem. dicti feudi. Et ad omnia alia faciendum. eidem domino episcopo. super premissis et quolibet. premissorum ac emergentibus. deppendentibus et connexis ab eisdem iuxta naturam. recti et d[*r*]icti feudi. que in talibus. vassalli. domino. facere debent. Et que ipsimet constituentes facere possent si presentes. essent. dantes et concedentes dicti constituentes et quilibet. eorum. in solidum dicto. eorum. procuratori. (et) speciale mandatum. Et vbi speciale non sufficeret. dant Sibi generale. ac plenum posse. cum libera predicta. omnia et singula. suprascripta faciendi. et exercendi. Necnon promittentes dicti constituentes. per se et eorum heredes. et unusquisque. eorum. principaliter et in solidum. michi manueli. de scagnello. notario. publico. ut publice. persone. stipulanti et recipienti. nomine et vice omnium et singulorum quorum interest. intererit. uel interesse poterit. sese perpetuo. grata firma et rata. habituros. quecumque super premissis et quolibet premissorum. per dictum ipsorum procuratorem. fuerint gesta. facta aut operata. Sub ypoteca et obligatione. omnium bonorum suorum et cuiuslibet ipsorum. (*nt*) Et Ego. Manuel. de scagnello. Jmperiali. auctoritate notarius. hijs interfui et vocatus. hanc cartam. scripsi. (*nt*).

CCXXVII. [12 settembre 1349].

CARUCI

procura

Mandatum prout supra.

(S. T.) Anno domini Millesimo. Trecentesimo quadragesimonono. Jndicione secunda. die duodecimo. Septembris. Actum in monteregali. in domo habitationis Gaglorij. brexani. presentibus Jacobino calderario. petrino cauderario. fratribus et Bartholomeo brexano testibus vocatis et rogatis Nobiles viri. domini Thomas. filius et heres. domini francisci brexani. Conradus et Jacobus. fratres filij et heredes. domini Ansaldi brexani. Anthonius. filius et her(ed)es. domini Bonifacij. brexani. Anthonius. filius et heres. domini Gregesij. brexani. Gaglolius. Johannes obertus et. Nicholinus fratres. filij et heredes. domini Brexanini brexani. pro eorum nominibus et nomine francisci. eorum. fratris. pro quo promittunt. de rato. Petrus filius et heres. domini Guillelmi brexani.

Digitized by Google

Et quilibet eorum. in solidum. prout melius et firmius de iure potuerunt. fecerunt constituerunt et solempniter ordinauerunt. facietum couatum. de carrucho. licet absentem tamquam presentem eorum et cuiuslibet ipsorum verum et indubitatum procuratorem Et nuncium specialem. specialiter. ad se presentandum. nomine ipsorum. coram. Reuerendo in xpisto patre et domino. domino. B[aldraco] dei et apostolice sedis gratia Episcopo Astensi et ad petendum requirendum et postulandum nomine ipsorum a dicto. domino Episcopo Astensi inuestituram feudi. Castri et ville Carruci. quod ipsi tenent ab ipso. seu Ecclesia astensi. Et ad ac[c]ipiendum et acceptandum. nomine ipsorum dictam. Jnuestituram feudi prelibati Et ad prestandum. ipsorum nomine et cuiuslibet. eorum eidem. domino episcopo. nomine dicte Ecclesie. occaxione dicti feudi. debite fidelitatis. Juramentum. Et faciendum eidem ipsorum nomine. recognitionem. dicti feudi. Et ad omnia alia faciendum. eidem. domino Episcopo. super premissis et quolibet premissorum. ac emergentibus. dependentibus. et connexis. ab eisdem iuxta naturam recti et d[r]icti feudi. que in talibus. vassalli domino facere debent. et que ipsimet constituentes facere possent. si presentes. essent. dantes et concedentes. dicti constituentes et quilibet eorum. in solidum. dicto eorum procuratori. speciale mandatum et vbi speciale non sufficeret dant. Sibi. generale ac plenum posse cum libera predicta omnia et singula suprascripta faciendi et exercendi. Necnon promittentes. dicti constituentes. per. se et eorum heredes. Et vnusquisque eorum (1) principaliter et in solidum michi Manuelli de scagnello. notario publico. ut publice. persone stipulanti et recipienti nomine et uice omnium quorum interest. intererit uel interesse poterit. sese. perpetuo. grata firma et rata habituros. quecumque. super premissis et quolibet premissorum per dictum ipsorum procuratorem. fuerint gesta. facta aut operata Sub ypotecha et obligatione omnium bonorum suorum et cuiuslibet ipsorum Et Ego Manuel de scagnello. Jmperiali. auctoritate notarius hijs interfui et vocatus hanc cartam scripsi (*nt*)

CCXXVIII [19 marzo 1349].

GOUONI

gouoni

Jnuestitura Gouoni.

Jn Nomine domini amen Anno natiuitatis. Eiusdem. Millesimo. Trecentesimo quadragesimo nono. Jndicione secunda. die decimonono mar-

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.*

Digitized by Google

cij. Jn presencia testium infrascriptorum. Coram Reuerendo in xpisto patre et domino. domino Baldracho. dei et apostolice sedis. gratia. Electo Astensi. personaliter constitutus. Ardicionus filius. domini Jacobi de gouono condam. dixit et confessus fuit. ac publice. recognouit. dicto. domino Electo audienti et stipulanti. suo nomine suorumque successorum et Astensis Ecclesie. quod dictus condam. dominus Jacobus. eius pater. dum uixit. habuit tenuit et possedit et quasi. Alijque sui predecessores habuerunt tenuerunt et possederunt et quasi et nunc ipse Arditionus. habet. tenet et possidet et quasi. ac habere. tenere et possidere et quasi uult et debet tamquam filius et heres. dicti condam domini. Jacobi. duodecimam partem. Castri Gouoni. cum. mero et mixto. inperio. ac omnimoda. iurisdictione. Cum domibus sediminibus terris cultis et incultis. vineis. pratis. gerbis nemoribus rip(p)is. ripaticis. pasquaticis et alijs quibuscumque. bonis atque rebus et iuribus. ad ipsum spectantibus in villa et finibus. dicti loci. gouoni. consistentibus. in nobile et gentile. ac Antiquum feudum. a predicto domino Electo. suisque predecessoribus et Ecclesia Astensi. indeque fuerunt. tam dictus. condam. dominus. Jacobus. eius pater quam alij sui predecessores dicti domini Electi. suorumque predecessorum et Ecclesie Astensis. nobiles et gentiles. vassalli. Jn cuius vassallagij. possessione. pacifica. seu quasi. dictus dominus Electus. tam per se quam. per predecessores suos. est et fuit longis temporibus retroactis Eapropter dictus Ardicionus facta huiusmodi confessione et recognitione. volens in hac parte iuris. debitum. adimplere. obtulit. dicto. domino Electo. recipienti et stipulanti ut Supra. de predicta duodecima parte. Castri gouoni et de omnibus. alijs predictis. que ipse Ardicionus. habet. tenet et possidet. in dicto castro et villa. ac iurisditione finibus et territorio fidelitatis et vassallagij. debitum Sacramentum. Eidem domino Electo humiliter Supplicando. quatenus huiusmodi recognitionem et oblationem. admittens Eumdem Ardicionem. de dicta duodecima parte. dicti. Castri cum mero et mixto. imperio et omnimoda iurisdictione Ac de omnibus et singulis bonis rebus et iuribus. consistentibus. in finibus et territorio. dicti loci spectantibus. ad prefatum. Ardicionem ex successione dicti condam. domini. Jacobi eius patris. et alias quomodocumque et qualitercumque. eciam si ipse post mortem. dicti patris sui. aliqua. in dicto loco licite acquisiuit. tamquam. de suo recto. atque nobili. gentili et antiquo. feudo. inuestire dignetur et velit Qui dominus. Electus huiusmodi confessione et recognitione. ac oblatione et Supplicatione. annuens. tamquam iustis. ipsum Arditionem. in ipsius. domini Electi presencia. flexis. genibus constitutum. de predicta. duodecima. parte. dicti castri. ac meri et misti imperij et omnimoda iurisdictione. ac eciam de omnibus Et sin-

Digitized by Google

gulis. bonis rebus et iuribus. eidem Arditiono tam ex successione. dicti condam domini Jacobi. eius patris. quam alio. quouis modo spectantibus in dicto Castro et villa mero et misto imperio et omnimoda. iurisdictione. ac posse et territorio gouoni. quomodocumque et qualitercumque (1). prout et sicut predicta omnia et singula. iuste et legiptime. tenet et possidet tamquam. de suo nobili. gentili et antiquo feudo. saluo tamen. omni iure suo et astensis ecclesie. atque cuiuscumque alterius persone suo nomine successorumque suorum et Astensis ecclesie. cum vno libro quem tenebat in manibus legiptime. presencialiter inuestiuit. Qua inuestitura. sic facta et per predictum Ardicionem. recepta. ipse Arditionus. ibidem et incontinenti. prefato domino. Electo. solempniter stipulanti et recipienti. ut supra. promisit. ac eciam ad Sancta dei euangelia. sibi delato sacramento. tactis. scripturis. corporaliter. iurauit. quod erit. perpetuo. ipsius domini electi. suorumque. successorum. canonice intrancium Et Ecclesie Astensis. bonus et fidelis. atque legalis. vassallus. et quod non erit ullo tempore. in aliquo tractatu. aut facto. uel. dicto. in quo uel per quod. ipse dominus. Electus. aut sui successores. capiantur. mala. captione uel perdant vitam. uel. membrum. aut eius iura uel Astensis ecclesie minuantur. Sed pocius. ipsum. Juuabit. ad se et iura dicte ecclesie. deffendendum et conseruandum. et omnia et singula alia faciet et obseruabit fideliter omni fraude. et simulatione remotis. dicto. domino electo. suisque successoribus. et. Ecclesie Astensi. atque pro eis que boni et fideles. vassalli. facere tenentur et debent. domino suo et pro eo. Et que. in sacramento. fidelitatis. tam ueteris forme quam noue expositis ibidem. ipsius sacramenti capitulis. plenius continetur. Et inde tam prefatus. dominus Electus. quam eciam. dictus Ardicionus. preceperunt et mandauerunt. per me notarium. infrascriptum. fieri publicum. Jnstrumentum. vnum et plura. eiusdem tenoris refficienda. si op(p)us fuerit. iuxta. cons(c)ilium. peritorum. Actum. in Castro monticelli. astensis ecclesie. in camera. prefati. domini Electi. presentibus. domino Anthonio. de morienna. legum. doctore et. dicti domini electi vicario generali. domino Guillelmo bruxato. de nouaria vtriusque. iuris professori (*sic*). et luchino bogla de castagnolis. testibus. ad predicta. omnia et singula. vocatis. et rogatis.

(S. T.) Et Ego. Johannes de morienna publicus Jmperiali auctoritate notarius et Scriba curie supradicti. domini Electi predictis omnibus et singulis. interfui. vocatus. specialiter et rogatus. et sic scripsi. signoque meo signaui consueto in testimonium premissorum.

---

(1) F. 82 *v*.

Digitized by Google

CCXXIX. [20 luglio 1295].

POTESTARIA MONTISREGALIS

Deputatio Potestatis Montisregalis

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. Nonagesimo. quinto. Jndicione octaua. die vigesimo. mensis. Julij. Cum. dominus. Conradus brexanus. et dominus. Nicholinus. brexanus et Sadonius. brexanus. qui. se dicebat. sindicum. Comunis et hominum Montisregalis. haberent colloquium et tractatum. super facto. potestarie Siue futuri regiminis montisregalis vna(a). Cum domino vberto. de corsembraudo Archipresbitero Astensi et domino francisco de cochonato. Canonico. Astensi. vicarijs. episcopatus Astensis. sede Episcopali vacante. Et predicti. domini. Conradus et Nicholinus. et Sadonius. dicerent et protestarentur. coram ipsis vicarijs. nomine et uice Comunis. montisregalis. quod volebant isto futuro anno. regi per. potestatem et non per consules. et quod potestatem. petebant ab eis et habere uolebant. iuxta pacta. et conuentiones. que et quas. comune et homines. montis. habent cum. episcopo et Ecclesia Astensi. dicti domini vbertus et franciscus. volentes eidem comuni et hominibus montis. de futuro potestate et regimine. prouidere. dei nomine inuocato. auctoritate. qua. fungebantur. dederunt et constituerunt eis et comuni et hominibus montisregalis. dominum Anselmum. berrutum Ciuem Albensem in potestatem. et pro potestate. suo et dicti comunis. et hominum. videlicet ab hodie. usque. ad. decimamnonam diem. mensis. Junij. proxime venturi. secundum pacta. et conuentiones. que et quas homines et Comuni dicti loci. habent cum. domino. episcopo. et Astensi. Ecclesia. Actum in domibus. Ecclesie Sancti Stephani. de vico. Astensis. diocesis. presentibus. testibus rogatis. domino. Jacobo. de montibus. domino. Obertino. pogio Canonico Astensi. domino. Johanne. monacho Ecclesie. Sancti. Bartholomei. de azano. domino Sismondo. mazocho. oddone biglono. Andrea vascho petro merçario et Conrado. garsia. Et Ego. Guillelmus. de milano. Jmperiali auctoritate. notarius. interfui et rogatus. hanc cartam scripsi.)

Jn nomine domini amen. Anno natiuitatis. eiusdem. Millesimo. Trecentesimo quinquagesimoquinto. Jndicione. octaua. die decimooctauo. Aprilis. Suprascripta exempla siue transcripta. sumpta per me Nicholinum. de corgnato. notarium. ex autenticis instrumentis. scriptis manibus. notariorum. in ipsis ut supra subscriptorum. venerabili et Sapienti viro. domino. Guillelmo de bruxatis. Juris utriusque [*perito*]. Reuerendi in xpisto. patris et domini. domini. Baldrachi. dei et apostolice. sedis gratia. Astensis Episcopi vicario. generali, presentata et insinuata fuerunt. Et in eius. presencia. per me ipsum notarium et alios. notarios infrascriptos. ad ipsa autentica instrumenta ascultata et examinata Et quia ipse dominus vicarius. vtraque. per ordinem con-

Digitized by Google

cordare cognouit. ut eisdem exemplis. tamquam originalibus. adhibeatur ple[na] fides. suam et Astensis Ecclesie. auctoritatem. interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum presentibus. domino lodouico vascho. Archipresbitero. montisuici. Andreono de Sancta victoria. canonico. Sancte marie de vineis in Janua. et Jacobo brarelli. de Atrobato. testibus vocatis et rogatis;

(S. T). Et Ego Johannes. de gabiono de vignali. publicus. imperiali auctoritate notarius. suprascripta exempla siue trans(s)cripta sumpta per Nicolinum de corgnato. vna(a) cum ipso nicolino. et Guillelmo cuniberto infrascripto. notario. in presencia dicti domini vicarij ad ipsa Auctentica inspicientis. fideliter assciltaui. Et quia vtraque concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i Et signo meo consueto Signaui,

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum vna(a) cum ipso Nicolino et (Guillelmo) Johanne de gabiono notario suprascripto in presencia dicti domini vicarij ad ipsa Autentica inspicientis fideliter Ascultaui Et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego. Nicholinus. de Corgnato. de Baennis. inferioribus. Astensis. diocesis. publicus. imperiali. auctoritate. notarius hec Exempla. siue transcripta ex autenticis. instrumentis. scriptis. manibus. notariorum ut Supra. in ipsis. descriptorum fideliter. sumpsi. Et postmodum. in presencia. prefati. domini. vicarij. inspicientis vna. cum. Johanne et Guillelmo. notarijs suprascriptis. diligenter ascultaui et examinaui. ad ipsa autentica. instrumenta. Et quia vtraque per ordinem. concordare. inueni. de ipsius. domini vicarij. mandato. in eorumdem. exemplorum. plenam fidem et testimonium. me subscripsi. et signum. meum apposui. consuetum;

CCXXX (1). [5 dicembre 1309].

pleye

Jnuestitura Pleye.

(S. T.) Anno. domini Millesimo. Trecentesimo.nono. Jndicione septima. die. veneris. quinto mensis. decembris. Actum Ast in domibus maioris. Ecclesie Astensis. testes interfuerunt. domini Jacobus. de montibus. Petrus. sibonengus. Archidiaconus. dominicus pelleta Johannes. eius. frater et Aymonetus. de Sancta victoria. quorum presencia. Guillelmus. filius condam domini Bonifacij. de playa. Constitutus. in presencia venerabilis. in xpisto. patris et domini. domini. Guidonis. miseratione diuina Astensis. episcopi. Supplicauit. eidem domino Episcopo suo nomine et nomine maioris. Ecclesie. Astensis. quod cum. dominus. Boni-

(1) F. 83 *r*.

Digitized by Google

facius. predictus pater ipsius. esset mortuus qui tenebat in feudum. a. predicto. domino episcopo et Ecclesia Astensi. medietatem Castri et ville Playe. cum mero. et misto. imperio (Ji) et totali. Jurisdicione Et cum omnibus pertinencijs. ipsius loci. playe et bona. iura et res. dicti. domini Bonifacij. condam. in ipsum Guillelmum. peruenerint. Jure successionis. quatenus sibi placeret. ipsum. Guillelmum. reuestire. in antiquum et gentile. feudum. de. omni eo et toto. quod. dictus. dominus. Bonifacius tenebat et possidebat et uisus erat. tenere et possidere. uel quasi. in Castro. villa et posse. playe. tam. in hominibus. vassallis. terris cultis et incultis. pratis nemoribus. fictis. drictis. fodris. mero et misto imperio et totali iurisditione. quam omnibus alijs Juribus dicens et protestans. dictus. Guillelmus. teneri in feudum. omnia et singula. supradicta. a. dicto. domino, Episcopo et. Ecclesia Astensi. Qui dominus Episcopus volens descendere. ad preces et Supplicationes ipsius Guillelmi. cum vno quem. in manu tenebat. baculo suo nomine et nomine Ecclesie Astensis. ipsum Guillelmum. Jnuestiuit et reuestiuit. sicut melius. de iure. potuit. in antiquum et paternum feudum. de omnibus et singulis supradictis. Qua inuestitura. facta ibidem et incontinenti. ipse guillelmus. eidem. domino [episcopo] recipienti suo nomine et nomine Ecclesie Astensis. corporaliter ad Sancta dei euangelia. tacto libro. Jurauit et fecit fidelitatem et omnia et singula. facere et obseruare. Jurauit. que in capitulis fidelitatis. ibidem. lectis et vu[l]garizatis plenius continentur. Et inde. vnum et plura Jnstrumenta. per me notarium infrascriptum. (notarium) fieri sunt precepta. Et Ego Georgius. de Canonica. notarius palatinus predictis interfui et sic scripsi,

CCXXXI. [21 ottobre 1212].

donatio bouixij

Donatio bonorum et iurium facta Ecclesiae Astensi cum inuestitura eorumdem.

(S. T.) Anno dominice incarnationis. Millesimo. ducentesimo. duodecimo. Jndicione quintadecima. die. dominico vndecimo. exeunte octubri. Jn palacio Sancti Albani. dominus Manfredus. de buscha. marchio renunciando. omni legi que contractui. donationis. impedimentum. procurare posset et specialiter illi legi que dicit contractum. donationis. sine insinuatione. ultra quingentos. solidos. non valere fecit simplicem. donationem. in presenti inter uiuos in manibus domini Guidoti dei gratia Astensis episcopi. nomine Astensis Ecclesie ad honorem. beate marie uirginis. nominatiue. de toto bouisio. de castro et de uilla et omni districtu et territorio et curte ipsius Castri et uille. Et de omni iurisditione et adiacencijs. suis. de hominibus et feminis et fidelitate

Digitized by Google

hominum. de fodro et banno et itinere et exercitu et aduocationibus. ecclesiarum. de terris. cultis et incultis. vineis pratis siluis et nemoribus et venationibus. piscationibus et Aquis. pascuis et rip(p)is et pedagijs. Et postremo de omnibus. alijs. quecumque. dictus. marchio. habebat et possidebat. siue uisus est tenere et possidere. in dicto castro et villa et eorum. pertinencijs. Eo modo ut de cetero. dictus. Episcopus eiusque. catholici. successores. habeant teneant et possideant. dictum castrum. cum uilla et omnibus suis pertinencijs. ut. prenotatum est. in. integrum et faciant exinde quicquid. uoluerint. sine omni contradicione dicti marchionis. suorumque heredum ymmo cum eorum deffensione ab omni. homine cum ratione. in pena dupli. in. extimatione bonorum hominum. secundum quod predicte res ualerent. tempore. euictionis. quam penam prefatus Marchio. predicto episcopo stipulanti. nomine prefate Astensis ecclesie. soluere promixit. si omnia suprascripta ei ab omni homine cum racione non deffenderet. uel. si contra. predictam donationem. uenire aliquo modo. temptaret. per se uel per submissam. personam. Et ibidem e conuerso. predictus Episcopus nomine Astensis. Ecclesie. inuestiuit predictum. marchionem. in recto et gentili (feudo) et paterno feudo. de predicto castro et uilla et de omnibus suis pertinencijs. integre sicut superius. continetur. exceptis fidelitatibus. hominum. et quod ex dicto castro. possit. facere guerram et pacem. inimicis. Astensis ecclesie. si uoluerit. Et quod possit ex eo castro. habere exercitum et caualcatam. et iter si uoluerit. que omnia. dictus episcopus. in se retinuit inuestiendo. dictum marchionem. de omnibus alijs. predictis. tali modo. ut ipse marchio. eiusque. filij et filie. quos et quas tunc habebat. sui alijque legiptimi heredes. futuri secundum. gradus. prerogatiuam. habeant et teneant. dictum castrum cum uilla et alijs supradictis. pertinencijs in recto et gentili et paterno feudo. sine omni contraditione suprascripti. episcopi. suorum.que. successorum. Jnsuper dictus. episcopus. concessit. dicto Marchioni. nomine comendationis. totum illud. quod habebat. in Baennis. superioribus (1). nomine astensis ecclesie quod fuit illorum de barbis. Tali modo quod si ipse episcopus. usque ad sanctum Michaelem. proxime uenientem habuerit licentiam. ab Archiepiscopo Mediolanensi. uel a capitulo mediolanensi uel a legato. domini. pape. quod ipse confirmet. illud ipsi marchioni in feudum. tunc ex inde. in antea. sepedictus Marchio. habeat et teneat. illud pro feudo secundum. modum et formam. supradicti feudi. de bouiso. Sin autem. ipse Episcopus non possit infra dictum terminum. dictam licentiam ab hijs. de quibus dictum. est impetrare. et ita non posset. ei illud. quod. dictum est de Baennis superioribus. in feudum confirmare. tunc promixit. ipsi marchioni. stipulanti. se daturum. ei. denariorum bono-

Digitized by Google

rum Januensium libras. Centum ad predictum terminum sancti michaelis. Et ipse. marchio. promixit. eidem episcopo. se rediturum. ei. illud totum quod. dictum est. de baennis superioribus. preterea. dictus episcopus. dedit licentiam ipsi Marchioni. ut possit acquirere in Astensi episcopatu per totum. inter. tanagrum et sturiam. excepto bredulo et eius. districtu. tali tenore. ut quicquid ibi ubi dictum est acquisierit. teneat ab Astensi. Ecclesia. in feudum. secundum illum modum. quo tenerent illi. a quibus. ipse. marchio acquireret. Jnsuper dictus episcopus promixit eidem marchioni quod iuuaret. eum bona fide. ad deffendendum. bouisum (2) et alia loca. que teneret. ab Astensi. Ecclesia. contra. omnem. hominem * exceptis papa et imperatore * (3) volentem inquietare. eum. iniuste. de predictis locis. siue in predictis locis. Et ibidem. prenominatus. Marchio. tactis sacro.sanctis. euangelijs. ipsi. episcopo nomine Astensis Ecclesie. corporalem fidelitatem prestitit. eidem sub. eadem fidelitate. promittens. quod non uetabit. bouisum munitum. neque scaritum ipsi episcopo. nec eius catholicis. successoribus. (munitis. uel. scaritis.) nec in pace nec in guerra. pro pace et guerra. facienda. propter rationes Astensis Ecclesie. saluandas et deffendendas. Suprascripti. Episcopus et Marchio. hanc cartam fieri. rogauerunt. Jnterfuerunt testes. rogati dominus. Guillelmus. de caaralio. dominus Arditio de morocio. Manfredus. pamparatus. Guillelmus. de lequo. Ansermus pulixellus vuillelmus de carruco. Anricus. de costamagna. Carulus. de duglanis.

(S. T.) Et Ego BonusJohannes. iudex et notarius sacri palatij. interfui traddidi et rogatus scripsi.)

CCXXXII (1). [23 ottobre 1212].

FIDELITAS HOMINUM BOUISIJ

Fidelitas hominum Bouisij.

(S. T.) Anno dominice. incarnacionis Millesimo ducentesimo. duodecimo. Jndicione. xv^a. die martis. nono. exeunte octubri Jn bouisio. in platea. ipsius loci que est in plano prope. aquam Cum. dominus. Guidotus. dei gracia. Astensis episcopus. Coram populo. bouisij proponeret. de facto bouisij qualiter. dominus. Manfredus. de buscha. marchio. sibi donauerat. bouisium. recipiendo nomine. Astensis ecclesie. et qualiter dicto marchioni. dictum castrum in feudum reddidisset. Et cum peteret ab hominibus bouisij qui ibi erant. ut super isto contractu. suam osten-

(1) *In margine, di scrittura del sec. XVII*: benna superior (2) *In margine, di scrittura del sec. XVI*: Bouisum (3) *Quanto trovasi fra i due asterischi è in postilla al fine dell'atto e della pagina.*

(1) F. 83 *v.*

Digitized by Google

derent uoluntatem. totus populus qui ibi erat. vnanimiter. le(c)ticiam ostendendo una uoce respondit. dicens quod predictus contractus. eis multum. placebat. Et ibidem. homines. de bouisio. fecerunt fidelitatem. prefato. episcopo. nomine. Astensis ecclesie. Tali modo. ut principaliter. teneantur. de fidelitate. ipsi episcopo Secundario uero de fidelitate. teneantur. prefato. marchioni Salua. fidelitate. dicti episcopi. Nomina autem illorum. qui. dictam fidelitatem Jurauerunt sunt ista. Rodulfus de drolia. Ardicio. ginami Anricus. serra. Arnaldus. petrus. oliuerius. vuillelmus thoma. Wiliermus. arimannus. Taxonus. Johannes rodulfus Ambroxius asclerius. Obertus ca[*m*]perius Aycardus. petrus. thoma. petrus. rubeus. Jacobus. de flibinis. petrinus. de crauexana. Bulgarus. Guillelmus. amedei. Johannes. bonus. Ramundus bonanatus. Andrea. mora Johannes. philippus. Raymundus. petrus falla. Guillelmus. dandonus. Ogerius. rainaldus raynaldus. petrus guerra. Manuella. Jacobus careson. Johannes latillus. petrus caneuarius. Oddo augustana. Manfredus. sapius. Willelmus. Arnaldus. Oxellus. Ambroxius. poncius. Johannes. ferrerius. Riaronus. Ramundus. Anselmus pochetinus. Guillelmus. pochetinus. Martinus balbus. Oliuerius. Guillelmus. surdus. Giraldus portonarius. Oddo scutifer. Raynaldus. peire. Raymundus. de falla. Anrietus malfaxatus. Faraldus. Guillelmus caualerius. vicionus. de gualfredo. Johannes. egidij. Ambroxius. ananatus. Johannes camperius Andreas. siniui. Guillelmus plaxinus Anricus. qualiatus. Oddo barsera. dodus. aruernanti Bertholotus. Jacobus. drapellera. Arimondus decanus. Suprascriptus. Episcopus hanc cartam fieri. iussit. Testes. dominus Guillelmus. de carallio. dominus. Arditio. de morocio Ansermus pulixellus. Raymundus de forfice et plures alij. rogati.

(S. T.) Ego Bonus.Johannes. iudex et notarius. sacri palacij. interfui et rogatus scripsi.

CCXXXIII. [27 febbraio 1213].

BENNARUM SUPERIORUM

Ratificatio Reuerendissimi Domini Episcopi Vercellensis.

(S. T.) Anno dominice incarnacionis. Millesimo. ducentesimo. terciodecimo Jndicione prima. die mercurij. secundo. exeunte februario. dominus Ariprandus. dei gracia vercellensis. episcopus (1). apostolice. sedis. legatus. prestitit et concessit firmitatem et a[u]ctoritatem suam illi contractui. quem fecerat. dominus Guidotus. Eadem. gratia Astensis Episcopus. uel quem facturus erat cum. domino manfredo marchione. de busca. super facto Bouisij et specialiter. super eo. quod. dictus Asten-

(1) *In margine, di scrittura del sec. XV*: Ariprandus episcopus vercellensis.

Digitized by Google

sis. episcopus. dedisset. uel. daturus esset. in feudum. dicto marchioni. in Baennis. superioribus. scilicet. totum. illud quod. habebat. ibi Astensis Ecclesia. quod fuit illorum de barbis. Eo modo ut predictus. contractus. de cetero. plenam et perpetuam firmitatem obtineat. Suprascriptus. Episcopus. vercellensis. hanc cartam fieri precepit. Actum est hoc in Ciuitate. nouarie in Capella superiori. palacij picti. nouariensis. Ecclesie. Testes. dominus Jacobus. Nouariensis prepositus. dominus Albertus bruxadus. Nouariensis. canonicus. rogati (S. T.) Et Ego Bonus.iohannes iudex. et sacri palacij. notarius. interfui. et scripsi.

In nomine domini amen. Anno. natiuitatis eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimoquinto. Jndicione octaua. die xxiiii^a. madij hec Exempla. siue transcripta. sumpta. per me Nicholinum de Corgnato. notarium. ex autenticis. instrumentis scriptis. manibus. notariorum ut supra in ipsis subscriptorum. venerabili. et Sapienti viro domino Guillelmo. de bruxatis Juris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris et domini. domini. Baldrachi. dei gratia Astensis Episcopi vicario. generali. presentata et insinuata fuerunt et in ipsius presencia per me ipsum notarium et alios. notarios infrascriptos. ad ipsa autentica. instrumenta ascultata et examinata. Et quia ipse. dominus vicarius. vtraque per ordinem concordare cognouit. ut eisdem exemplis. adhibeatnr tamquam originalibus. plena fides. Suam et Astensis Ecclesie auctoritatem. interposuit et decretum. Actum. in Castro. Baennarum. preseatibus. domino. lodouico Archipresbitero. Montisvici. Andreono de Sancta victoria. canonico Sancte Marie de vineis in Janua et presbitero Guillelmo bacheti

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum ex autenticis instrumentis prefactis Coram dicto domino vicario ad ipsa autentica diligenter inspicientis vna cum dicto Nicholino et Johanne de plocio notarijs infrascriptis fideliter ascultaui et examinaui Et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Johannes de plocio de Sancto Albano Astensis diocesis publicus Jmperiali. auctoritate no(c)tarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato noctarium infrascriptum ex autenticis instrumentis prefactis vna(a) cum ipso nicolino et. Guillelmo Cuniberto no(c)tarijs suprascriptis in presencia dicti domini vicarij diligenter ad ipsa autentica Jnspicientis fideliter. ascultaui et examinaui et quia vtraque. concordare Jnuenj de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subsscrips(s)i et Signo meo consueto Signaui : ,

(S. T.) Et Ego Nicholinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis diocesis. publicus. Jmperiali auctoritate. notarius Suprascripta. exempla siue transcripta. ex autenticis instrumentis scriptis manibus notariorum in ipsis descriptorum fide-

Digitized by Google

liter sumpsi. Et postmodum. in presencia. prefati domini vicarij. inspicientis vna cum Guillelmo et Johanne notarijs. suprascriptis ascultaui et examinaui. Et quia vtraque per ordinem. concordare cognoui. de ipsius domini vicarij mandato. in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium. me subscripsi et Signo meo consueto signaui

CCXXXIV (1). [5 maggio 1214].

BOUIXIJ

de bouiso de castro et pertinencijs.

Jnuestitura Bouisij.

(S. T.) Anno dominice. incarnationis. Millesimo. ducentesimo. quartodecimo. Jndicione. secunda. die. lune quinto. intrante madio. in Castro de narciolis. in lobieto Guillelmi. de carrucho. dominus Manfredus lancea. marchio de busca. presente et consenciente. domino. Guidoto. dei gracia Astensi episcopo. inuestiuit. dominum Guillelmum. de ceua in rectum et gentile feudum. nominatiue. de toto (2) bouiso. de castro et villa. hominibus et feminis. et fidelitate hominum. de fodro. banno. exercitu et caualcata. de fictis. drictis et redditibus. et iurisdictione ipsius. Castri et uille. et de eiusdem. Castri et uille. contitu et de hijs. que sunt. in territorio et pertinenti[*js*] ipsius Castri et ville. riuis. pascuis. venationibus. piscationibus. ripis et nemoribus. vineis. pratis. zerbis terris cultis et incultis. aquaticis et pedagijs. postremo. de omnibus. alijs rebus et rationibus quecumque. prefatus. dominus. Manfredus habebat et habere et detinere. siue quasi. detinere. in prefato. Castro et villa et eorum. pertinencijs. uidebatur. Eo modo ut de cetero. predictus Vilielmus. marchio. suique heredes. legiptimi masculi et femine. recta linea. descendentes. habeant teneant et possideant. prefatum. castrum et villam. cum omnibus. suis predictis. pertinencijs. in recto et gentili feudo sine omni. contradictione suprascripti Manfredi marchionis. suorumque. heredum ita quod teneant. predicta. omnia principaliter. in feudum ab Astensi episcopo. nomine Astensis Ecclesie Et Secundario. a predicto. domino Manfredo. quousque vixerit. post mortem. autem ipsius. Manfredi. non teneatur dictus. dominus Villelmus. nec sui heredes. respondere. pro eodem feudo. de fidelitate uel de alijs. nisi Astensi episcopo. preterea. sepedictus. dominus Manfredus. dicens se nolle. teneri de euictione. pro predicto feudo. ipsi domino. Guillelmo hoc consencienti. promixit. ei quod iuuaret. ipsum. modis. omnibus quibus. posset ad deffendendum. predictum feudum. ab omni homine. qui sibi vellet auferre. dictum feudum. Et pro hac inuestitura.

(1) F. 84 *r*. (2) *L. V.*: de toto de toto

Digitized by Google

dictus. dominus Manfredus. fuit confessus se recepisse. a predicto. domino Guillelmo. denariorum bonorum Januensium. libras duoMilia et quingentas. Renunciando exceptioni. non numerate peccunie Jnsuper quoque dominus. Guidotus. Astensis. episcopus. inuestiuit prefatum dominum Guillelmum. de predicto feudo. recte et gentiliter. retentis. sibi principaliter. fidelitatibus. hominum ipsius loci Et quod ex dicto castro possit facere guerram et pacem. inimicis Astensis Ecclesie. si uoluerit. Et quod possit. ex eo castro. habere exercitum et caualcatum et iter. si uoluerit et retento. sibi uno recepto in bouiso. annuatim. ad. totam. familiam suam que secum. iret. Et insuper. ad decem milites. quod receptum prefatus. dominus viliermus. consensu et uoluntate. predicti domini Manfredi. ipsi episcopo stipulanti. dare. annuatim. in predicto bouiso promisit. Et ipse Guillelmus. suique heredes. legiptimi masculi. et femine. descendentes. habeant et teneant. predictum feudum. eo modo. quo superius. dictum. est. sine omni contradictione prefati. episcopi. suorumque. successorum. Et insuper. sepedictus. Guillelmus. promisit eidem. episcopo quod non daret. Sanctum Michaelem et Bouisum vni filio suo tantum. sed pluribus. filijs. ita quod Astensis Ecclesia. de predictis feudis. plures haberet semper uassallos. Et pro prefata. Jnuestitura. quam fecit. dictus. Episcopus. ipse Guillelmus marchio. dedit. eidem Episcopo totum. illud quod habebat in pamparato. in Castro et uilla et in omni districtu et territorio et curte ipsius castri et ville. et in hominibus et feminis et fidelitatibus hominum. in fodro et banno et itinere et exercitu et aduocationibus. Ecclesiarum. in furnis et Molandinis. in terris cultis et incultis. vineis. pratis. siluis et nemoribus et venationibus piscationibus et aquis pascuis. ripis et pedagijs. Postremo. in omnibus. alijs. que dici. uel nominari possunt. que dictus Marchio Guillelmus. habebat uel possidebat. siue. uidebatur habere. et possidere in predicto. castro. pamparati et villa et eorum pertinencijs. Eo modo. ut de cetero. predictus episcopus. suique catholici successores. nomine Astensis. Ecclesie. habeant et teneant et possideant prenotata omnia integre. ut dictum est et faciant. exinde quicquid uoluerint. sine contraditione. dicti marchionis. suorumque heredum. ymmo cum eorum. deffensione. ab omni homine. cum ratione. in pena dupli. Et ibidem e conuerso. predictus Episcopus nomine Astensis Ecclesie. Jnuestiuit sepedictum. Marchionem. viliermum. in rectum et gentile feudum. de omnibus. prenotatis. in pamparato in Castro. in villa. et omnibus. eorum. pertinencijs. sicut superius. continetur. Tali modo ut ipse Villelmus eiusque. legiptimi. heredes. masculi et femine recta linea descendentes. habeant et teneant. predicta. omnia. in rectum et gentile. feudum ab Astensi episcopo. nomine astensis ecclesie. sine omni con-

Digitized by Google

tradicione. predicti episcopi suorumque successorum. Et ibidem. dominus. Guillelmus. filius prefati domini Villelmi. per se et per eumdem patrem suum. Jurauit fidelitatem. prefato Astensi Episcopo. pro predicto feudo. pamparati et pro predicto feudo. bouisij. Jurauit. fidelitatem. principaliter eidem Episcopo Et Secundario predicto domino. Manfredo. salua fidelitate ipsius. episcopi. prefati Episcopus. et dominus Manfredus et dominus Guillelmus. hanc cartam fieri rogauerunt. Jnterfuerunt testes. dominus Guillelmus. de carrucho. dominus. Manfredus pamparatus. villelmus de lequo Anricus. de plocio. Oddo de gorreta Jacobus bricius. Villermus. de turre. Bastardus omnes rogati.

(S. T.) Et Ego BonusJohannes. iudex. notarius. sacri palacij. interfui traddidi. et scripsi;

CCXXXV. [5 maggio 1214].

[De Baennis superioribus].

(S. T.) Anno dominice incarnacionis. Millesimo. ducentesimo. quartodecimo. Jndicione secunda. die lune quinto intrante madio in Castro de narciolis in lobieto. Guillelmi. de carruco. dominus. Manfredus lancea. marchio de busca absoluit domino. Guidoto Astensi episcopo. nomine Astensis Ecclesie. totum illud quod ipse Episcopus concesserat. ei in feudum. in baennis superioribus. Eo modo ut de cetero. ipse episcopus. suique. catholici. successores. faciant. de predicto feudo. quicquid voluerint. sine omni contradicione. dicti marchionis. suorumque. heredum. dictus Marchio. hanc cartam fieri rogauit. Jnterfuerunt testes. Villelmus de carrucho. Manfredus. pamparatus Villelmus de lequo. Anricus de plocio. Oddo de gorreta. omnes rogati

(S. T.) Et. Ego Bonus. Johannes. iudex. notarius sacri palacij. interfui et rogatus. scripsi.

CCXXXVI (1). [24 ottobre 1134].

CASTRUM MONTISBAXILIJ

Donatio Castri Montisbasilij

Jn nomine. domini nostri yhesu xpisti. Constat. Nos quidem. Bonefacium. obertum. Oddonem. Enricum atque. Guillelmum. necnon et matrem nostram Alariam (2). cum. sororibus. nostris. hoc donationis. instrumento. presenti die. inter uiuos. simpliciter. donasse. et huiusmodi

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 84 *v.* — C. Ediz. in Moriondo, *Mon. Aq.*, I, n. 39, cc. 51 e 642, l. 44.

(2) C: Alasiam; *e l'editore dice d'essere stato informato da Gaspare Sclavo che i sovranominati personaggi appartenevano alla nobile famiglia degli antichi signori di Carassone.*

Digitized by Google

causa. inpresenciarum. traddidisse. Astensi. Ecclesie. beate marie virginis. in. manu. Octonis. episcopi. rectoris et administratoris. rerum Ecclesie. Castrum. montisbaxilij. cum omnibus rebus. ad. dominatum eius pertinentibus. videlicet. casis et edifficijs. Campis. quoque. pascuis atque Siluis. similiter eciam colonos et inquilinos. atque ascripticios. Et generaliter. ut prediximus. omne ius et actionem. nobis super hijs rebus. competentem aut. de cetero competituram. in presenti donamus et concedimus. prenominate. ecclesie. ut ea omnia deinceps. habeat teneat. possideat. et quod. sibi. fideliter. ob se cum dantibus placuerint. faciant. proprio. im perpetuum. de dominio. uero uel ciuili possessione. alicuius rei. uel. iuris aut actionis in hac donatione. continentis. nullam litem. nullamque. controuersiam deinceps. a nobis uel ab aliquo. a nobis. interposito. quolibet modo. prenominata ecclesia. substineat. Si uero hanc prelibatam donationem simplicem. in totum uel. pro parte audaci. nisu quandoque. infringere temtauerimus. et ea[*m*] semper. inuiolatam. custodire noluerimus. eternam vlcionem in primis. expectemus. Et quod repecierimus. vendicare. non valeamus. Actum in loco Sancti Albani Confirmatum. in loco montisbasilij. Anni incarnacionis. domini. Millesimo centesimo. tricesimoquarto. nono. kalendas. Nouembrium. Jndicione XIJ. feliciter. prenominati donatores. hoc instrumentum donationis. ut supra. legitur. scribi rogauerunt.

huius instrumenti. donationis. vbertus. bricius. signifer. Octo vicedomini. filius Giraldus. de cella. Guillelmus. de. septimo Obertus de lanerijs. olricus. Jacobus. de cella. Tancredus et Guillelmus. de caraxono. Maginfredus. qualia. henricus de lucerna. Otto guercius. Amedeus. de manciano. cum Ragmundo suo filio. Amedeus. filius Arnardi. Baialardus Obertus crassus. Rodulfus et frater eius. Otto pelatus. Testes fuerunt et multi alij. cum. eis. fuerunt.

henricus [*de*] riuobrugente. hoc donationis. instrumentum. Scripsit. et confirmauit;

CCXXXVII (1). [20 settembre 1222].

MONTISBASILIJ

Permutatio Castri Montisbasilij cum Villa de boue

(S. T.) Anno dominice. incarnacionis. Millesimo. ducentesimo. vigesimosecundo. Jndicione x. vndecima die. exeuntis Septembris. dominus. Wilermus dominus Manuellus. dominus Leo. dominus Bonefacius. do-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 84 *v.* — C. Ediz. in Moriondo, *Mon. Aq.*, II, n. 176, c. 400.

Digitized by Google

minus Benedictus (2). dominus. Georgius. fratres omnes Marchiones. de ceua. dederunt et concesserunt. domino Jacobo. Astensi. episcopo. nomine Astensis ecclesie. Castrum et villam. Monbasilij. cum riuagijs. pascagijs et cum omnibus rebus ipsis. Castro et ville pertinentibus. occaxione. quod ipse. dominus episcopus. dederat eis. parabolam et absolutionem cambiandi et permutandi Castrum et villam. de boueso. quod tenebant in feudum. ab eodem episcopo. nomine Astensis. Ecclesie. cum. domino Jacobo et domino Arditione. de. Monbaxilio. et nepotibus. eorum. pro. Castro monbaxilij. Et insuper fecerunt et constituerunt. ipsum dominum episcopum nomine Astensis ecclesie. dominum et possessorem. dicti castri. et ville et omnium eius pertinencium. Confitentes quod ante quam ei darent. Castrum illud. quod tenebant ipsum in feudum. ab episcopo Astensi. Et insuper confessus fuit. dictus. dominus leo se fecisse fidelitatem. dicto. domino episcopo.. de suprascripto. castro monbaxilij. pro se et fratribus suis. Et sic tenentes. prefatum. dominum. episcopum. per manum. et ducentes ipsum in caminatam. eiusdem Castri miserunt ipsum in possessionem Et memoratus. dominus Episcopus. intrando. in possessionem. nuncium suum. Belengerium. de cannellio. nomine Astensis Ecclesie. misit super turrem. Actum fuit hoc in Caminata. Castri. monbaxilij. interfuerunt. testes rogati. dominus. Jacobus. de platea. et Milo turrellus. ciues Astenses. henricus. de costamagna. petrus follus. de Aste. vbertus. de taurino. dominus Girbaldus de caraxono. Et Ansermus Judex. de uico. Ego Albertus sacri palacij. notarius. interfui et rogatus. hanc cartam. scripsi;

Jn nomine domini amen Anno natiuitatis. eiusdem. Millesimo. Trecentesimo quinquagesimoquinto. Jndicione octaua. die xxmj madij Hec Exempla. siue transcripta. sumpta. per me Nicholinum. de corgnato notarium. ex autenticis instrumentis. scriptis manibus notariorum ut supra. in ipsis subscriptorum venerabili. et Sapienti viro. domino. Guillelmo. de bruxatis. Juris utriusque perito Reuerendi. in xpisto patris. et domini. domini. Baldrachi. dei gratia. Astensis Episcopi vicario generali presentata. et insinuata fuerunt. Et in eius presencia per me ipsum notarium et alios. notarios infrascriptos. diligenter ac fideliter ad ipsa autentica ascultata. et examinata. et quia ipse. dominus vicarius. vtraque. per ordinem concordare cognouit. ut eisdem exemplis tamquam originalibus prefatis. adhibeatur. de cetero per quoslibet. plena. fides. suam et Astensis Ecclesie. auctoritatem. interposuit et decretum. Actum. in Castro. Baennarum presentibus. domino lodouico Archipresbitero. Montisuici. Andreono. de Sancta uictoria. et presbitero. Guillelmo bacheti.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta

(2) dominus Benedictus *è per postilla in fine dell'atto.*

Digitized by Google

per Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum vna(a ei) ex autenticis instrumentis prefactis vna cum ipso Nicolino et Johanne de plocio infrascriptis notarijs Coram dicto domino vicario ad ipsa autentica instrumenta diligenter inspicientis diligenter abscultaui et examinaui Et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarii mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Johannes de plocio de sancto Albano publicus Jmperiali auctoritate no(c)tarius Supras(s)cripta. exempla. siue trans(s)cripta sumpta per Nicolinum de corgnato. no(c)tarium infrascriptum ex autenticis instrumentis prefactis. vna(a) cum ipso Nicolino et Guillelmo Cuniberto no(c)tario suprascripto. in presencia dicti domini vicarij diligenter. ad ipsa autentica. inspicientis fideliter. ascultaui. et examinaui et quia vtraque concordare inueni de ipsius domini vicarij Mandato in eorumdem. exemplorum (et) testimonium et plenam fidem me subs(s)cripsi et signo meo consue(c)to signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus. de Corgnato de Baennis. inferioribus Astensis diocesis. publicus. Jmperiali auctoritate notarius Suprascripta Exempla siue transcripta. ex autenticis instrumentis scriptis manibus notariorum in ipsis descriptorum. fideliter sumpsi Et postmodum. in presencia prefati domini vicarij inspicientis. vna cum Guillelmo et Johanne notarijs suprascriptis. ad ipsa autentica Ascultaui et Examinaui. Et quia vtraque. per ordinem concordare cognoui. de ipsius domini vicarij mandato. in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo consueto signaui.

CCXXXVIII (1). [13 agosto 1222].

DE MOROCIO DE BOUIXIO

DE BOUESO

Promissio de non alienando villam de boue.

(S. T.) Anno dominice. incarnationis. Millesimo ducentesimo vigesimo secundo. Jndicione decima. terciodecimo. die. intrante Augusto. Jn castro. morocij. domini Astensis episcopi. dominus Jacobus. dominus Ardicio et dominus paltrus. pro se et fratribus suis. promiserunt et conuenerunt. domino. Jacobo. dei gratia Astensi episcopo stipulanti nomine Astensis ecclesie quod per se uel per aliquam interpositam personam. Castrum de boueso. uel villam alicui persone. uel personis in totum. nec in partem non uendent uel permutabunt aut aliquo modo. alienabunt nec uendi aut permutari uel alienari aliquo modo aut aliquo ingenio consencient nisi inter se uel ipsi domino episcopo aut successoribus suis. sine eorum consilio et uoluntate nec ipsum se scientibus perdi permittent. Jtem promiserunt et conuenerunt. eidem. domino

(1) F. 85 *r*. (2) *Lo spaziato è in sopralinea.* (3) *Segue espunto*: dominum

Digitized by Google

episcopo. quod in episcopatu Astensi locum nouum non facient. nec fieri permittent. secundum suum posse. Et si fieret. iuuabunt bona fide ipsum dominum episcopum ut destruat locum illum Si quis autem illorum. aut pars. eorum. uel. omnes simul contra aliquod. de suprascriptis. fecerit. promiserunt et conuenerunt. cum stipulatione subnixa. dare et soluere memorato domino episcopo. aut successori suo. nomine Astensis ecclesie. octingentas libras. Januenses. omnia sua bona. ipsi domino episcopo. inde quisque pignori obligando. tamen rato manente pacto. Et inde dominus Guillelmus. de ceua. dominus Guillelmus seuengus. dominus. Blanchetus. dominus Sigibaldus. dominus henricus cacia de caraxono Nicholaus de luuazanis. dominus Arnaldus da l['']anima. quisque. de libris Centum constituerunt. sese fideiussores. et debitores. ad omnem casum. Renunciando. nouis constitutionibus et epistole diui adriani. et omni alij. legum auxilio.. Et dominus Ardicio de morocio. omnia que habebat in Baennis. superioribus pro c. libris. dicto. domino episcopo in (2) pignori obligauit. Et inde omnes predicti. hanc cartam fieri rogauerunt ut Supra. Stetit hoc actum. inter ipsum (3). episcopum et dictos. dominos. de boues. quod si predictum Castrum et villam redderent et restituerent ipsi domino episcopo aut eius successori. quod essent absoluti. cum securitatibus et fideiussoribus suis. Jnterfuerunt. testes. rogati. dominus. Raymundus. de paerno. dominus octo de praellis. Arnaldus. domini. Arditionis. petrus de Sancto Martino dominus Guillelmus. de Montealdo. Manfredus spata. et dominus Arditio. de romagnano. et alij. plures.

Ego Albertus sacri palacij. notarius. interfui. et rogatus hanc cartam. scripsi;

CCXXXIX. [30 dicembre 1329].

LESEGNI MONTISBASILIJ ET MONTISGROSSI

contra Marchiones ceue

Jnuestitura Lesegni Montisbasilij et Montisgrossi

Jn nomine xpisti amen. Anno eiusdem natiuitatis domini Millesimo. Trecentesimo vicesimonono. Jndicione. xij^a^. die penultima. mensis. decembris. Actum in monteregali. presentibus venerabilibus. viris. dominis Cuniberto archidiacono ecclesie Astensis. et Jacobo de sancta victoria. preposito ecclesie de manzano. siue de clarasco. ac henrico. de scribanis. de vignali. iurisperito. testibus ad hec vocatis. specialiter et rogatis. et alijs. Jn quorum presencia constitutus coram Reuerendo. in xpisto patre domino Arnaldo. dei gratia episcopo Astensi. Nobilis vir dominus fredelicus Marchio Seue (*sic*). pro se et nomine et uice. domini Emerici fratris eiusdem ac procuratorio nomine. ipsius domini Emerici.

Digitized by Google

Confessus fuit. et eciam recognouit. quod quicquid ambo habent. tenent et possident. in Castris et villis. lechini et Montisbaxilij. ac montisgrossi (1). ac finibus et territorijs. dictorum castrorum in domibus. terris et possessionibus (2). territoriorum. dictorum castrorum. quicquid sui. antecessores. in predictis. rebus. alijs et castris. habuerunt tenuerunt. et possiderunt. in nobile ac gentile. feudum ab ecclesia et episcopo Astensi. et de eo. fuerunt. et sunt. nobiles et gentiles vassalli. Eapropter. volens idem. iuris debitum. recognoscere. prout tene(n)tur. obtulit ipsi domino episcopo. pro se et nomine fratris sui. de predictis fidelitatis et vassalagij. debitum. Juramentum. humiliter ei Supplicans. et deuote quatenus ipsum. dominum fredelicum et eius fratrem. in personam suam pro sese et heredibus suis de dicto feudo et omnibus supradictis reinuestire. secundum ipsius feudi. naturam. dignetur. et uelit. Qui dominus episcopus audita oblatione atque requisitione. predicti domini fredelici. tam pro se. quam. nomine fratris sui. domini Emerici. viso insuper instrumento fidelitatis. per ipsum dominum. fredelicum Et eciam procuratorio nomine domini Guillelmi marchionis Seue. patris sui. bone memorie. domino Guidoni Episcopo. Astensi predecessori ipsius domini Arnaldi. episcopi. prestiti. Juramenti. et renouationis. sue. et reinuesticionem. per eumdem. dominum Guidonem factam. prefato domino. fredelico. Sub Anno domini. MCCLXXXX.VIJ. Jndicione. x. die x°. Januarij. in castro. episcopali de Ast. dicta feuda et omnia et singula. que in supradenotato. instrumento. continetur. in quantum. tenetur et debet. suo iure et Astensis. Ecclesie (3). semper saluo. et absque ipsius ecclesie et domini episcopi. preiudicio et prout ipsi iuste rite atque legiptime. tenent et possident. supradicta. confirmauit. et approbauit. Et ipsum. dominum fredelicum pro se et nomine domini Emerici fratris sui. in signum. confirmationis et renouationis. de dictis feudis et omnibus ac singulis supradictis. cum vno baculo quem suis tenebat. manibus. legiptime. inuestiuit. Qui dictus (4) dominus fredelicus incontinenti. postmodum solempni. stipulatione. promisit. pro se et nomine fratris. ipsi domino episcopo atque suis. successoribus canonice. intrantibus seque. nominaturum. quicquid. tenent. in feudum. ab ipsa Astensi Ecclesia. et ipso domino episcopo. quandocumque et quociensc umque. per ipsum. dominum. episcopum fuerint requisiti et se parituros. preceptis et mandatis dicti. domini episcopi suorumque successorum Et

(1) *In margine, di carattere del sec. XVI*: Montisgrossi. (2) *L. V.*: pocessionibus (3) *L. V.*: Ecclesie ecclesie (4) dictus *è in margine come postilla.* (5) Segodunum Ruthenorum = *Rodez, Capoluogo del dipartimento dell'Aveyron (Francia).*

Digitized by Google

curaturos et facturos bona fide et sine fraude pro hijsdem Astensi ecclesia episcopo suisque successoribus. Et eisdem. omnia et singula. que boni et fideles vassalli. facere tenentur. et debent domino suo et pro eo. queque in Juramento siue. forma. fidelitatis. eidem vulgarizato. plenius continentur. de quibus. omnibus et singulis preceptum. est tam. per dominum episcopum. quam. per prefatum dominum fredelicum. per me notarium. infrascriptum fieri publicum. Jnstrumentum. vnum uel plura. (S. T.) Et Ego Guillelmus gordonis. Ruthensis. diocesis (5). publicus auctoritate apostolica notarius vna cum suprascriptis. testibus. interfui et de mandato. prefati domini episcopi et ad requisitionem. domini fredelici suprascripti. hanc cartam scripsi et in publicam formam reddegi. Signumque. meum Apposui. consuetum.

CCXL (1). [11 maggio 1349],

contra dictos marchiones

CASTRI. VILLE CONTILI SEGNORIE LOCI LESEGNI

Mandatum ad iurandum fidelitatem.

(S. T.) ANNO domini MCCCXLVIIIJ° Jndicione secunda. die XJ. madij. Actum. in lesegno. in domo Bartholomei bouerij. presentibus. petro. pellexio. de lesegno et baytano manteacio. de lesegno testibus. vocatis et rogatis. Egregius vir. dominus fredelicus. marchio ceue (ibi presentem). prout de iure melius potuit fecit constituit et ordinauit ferrandum filium domini Josep. condam Marchionis ceue. ibi presentem. et sponte (2). mandatum suscipientem. suum certum nuncium et procuratorem. ad faciendum et obferendum fidelitatem domino Baldracho. dei et apostolice sedis gratia. episcopo Astensi. uice et nomine. ecclesie Astensis. de quarta parte castri Ville contili et Segnorie loci lesegni. Et de quarta parte Castri ville iurisdictionis. contili et segnorie loci montis.grossi. Et de medietate. quarte partis Castri ville. Jurisdictionis. contili et segnorie loci. montisbaxilij. ita et sicut antecessores ipsius. domini fredelici. supradicte Ecclesie. facere consueti

(1) *Nell'*Archivio di Stato di Torino, *Sez. I*, Ducato di Monferrato, Feudi, *mazzo XXVI, n. 1, trovasi una procura, in data 7 aprile 1338, di Antonio e Corrado fu Aimerico dei marchesi di Ceva per la fedeltà che intendevano prestare ad Arnaldo, vescovo d'Asti, e per ottenere dal medesimo l'investitura feudale del castello e luogo di Lesegno e Montegrosso, e nella stessa categoria, mazzo XLIV, n. 2, trovasi un'investitura concessa il 22 giugno 1349 da Baldracco, vescovo d'Asti, ad Aimerico del fu Antonio dei marchesi di Ceva ed a Ferrando procuratore di Corrado e Federico degli stessi marchesi, di tutto ciò che possedevano nei castelli e luoghi di Lesegno, Montegrosso e Mombasiglio.* (2) *L. V.*: sputem. (3) *L. V.*: ad Ecclesiam Astensem (4) F. 85 *v.*

Digitized by Google

sunt. Et ad suscipiendum et recipiendum. inuestituram. de predictis et quolibet predictorum. ut dictum est ab Ecclesia Astensi (3). et a predicto. domino episcopo. in nobile et gentile feudum. antiquum Auidum (*sic*) et paternum Et ad faciendum fidelitatem eidem domino episcopo vice et nomine dicte ecclesie Astensis. Et ad iurandum. in animam et super. animam. ipsius. domini fredelici. Et generaliter ad omnia et singula facienda que sibi uidebuntur et fuerit opportunum. Et que ipsemet facere. posset. si presens adesset. dans et Concedens. eidem. procuratori suo. presenti liberum. arbitrium. et generalem. administrationem. et potestatem et mandatum. predicta. omnia et singula procurandi. Agendi et adimplendi. promittens. dictus. dominus. fredelicus. dicto. procuratori. et michi thome bouerio. (4) Notario infrascripto. tamquam publice persone. stipulanti et recipienti uice et nomine dicti. domini. episcopi et omnium et singulorum quorum. interest uel intererit seu interesse. poterit. se perpetuo. ratum et gratum habiturum omne id. et quicquid. in predictis per dictum. procuratorem. factum (5) fuerit. et procuratum et nullo tempore. in aliquo contra facere. uel uenire de iure uel de facto. aliqua ratione. uel causa. Et pro. predictis omnibus et singulis. firmiter attendendis. dictus. dominus fredelicus. eidem. procuratori suo et michi notario infrascripto. stipulanti et recipienti dicto. nomine. omnia sua. bona. pignori. obligauit. Jubens. exinde. fieri publicum. Jnstrumentum. et eciam reffici. si expedierit cons(c)ilio Sapientis. Et Ego Thomas. bouerius. notarius (6). hanc cartam scripsi;

CCXLI. [3 maggio 1349]

contra marchiones ceve

CASTRI VILLE CONTILI LOCI ET SEGNORIE LESEGNI MONTISGROSSI ET MONSBASILIJ

Mandatum ad prestandum fidelitatem

(S. T.) ANNO domini Millesimo. Trecentesimo quadragesimonono. Jndicione secunda. die. tercio. madij. Actum. in lesegno. iuxta. portam (1) Castri. dicti loci. presentibus. henrioto. borracio de lesegno et Carlino uota. de montegrosso. testibus uocatis et rogatis (2). Egregius vir. dominus Conradus. marchio ceue prout melius de iure potuit. fecit. constituit et ordinauit. ferrandum. filium. condam. domini Josep. marchio-[*nem*] ceue. ibi presentem. [*et*] suscipientem. mandatum suum. certum nuncium et procuratorem. ad faciendum et obferendum fidelitatem. domino. Baldracho. dei et apostolice. sedis. gratia(m). episcopo Astensi vice et nomine Ecclesie Astensis et de medietate. Castri ville. iurisdi-

(5) *L. V.*: factum factum (6) *L. V.*: notarius. notarius.

Digitized by Google

tionis. contilis et segnorie. loci lesegni et de medietate. loci castri ville. Jurisditionis contili et segnorie. montisgrossi. Et de quarta parte castri. ville iurisditionis contilis et segnorie loci (3) montisbaxilij. ita et sicut antecessores ipsius. domini Conradi supradicte ecclesie facere. consueti sunt. et ad suscipiendum. et recipiendum. inuestituram. de predictis. et quolibet. predictorum. ut dictum. est ab Ecclesia Astensi (4) [*et*] à predicto domino episcopo et fidelitatem. in nobile et gentile feudum antiquum (5) auidum (*sic*) et paternum. Et ad faciendum et obferendum. fideli[*ta*]tem eidem. domino episcopo uice et nomine. dicte ecclesie. Astensis. ad iurandum in animam et super animam. ipsius domini Conradi. marchionis. Et generaliter ad (3) omnia alia et singula. faciendi. que sibi uidebuntur. et fuerit opportunum. et que ipsemet facere posset. si (a) presens adesset dans et concedens. eidem. procuratori suo. presenti liberum arbitrium et generalem. administrationem. potestatem et mandatum. predicta(m) omnia et singula. procurandi agendi et adimplendi. promittens. dictus dominus Conradus. dicto. procuratori suo. et michi Thome bouerio notario. infrascripto. tamquam. publice. persone. stipulanti et recipienti. vice et nomine. dicti. domini episcopi et omnium et singulorum quorum interest uel intererit. seu. interesse poterit. se perpetuo. ratum et gratum. habiturum. omne id et quicquid. in predictis per. dictum. procuratorem factum fuerit et procuratum et nullo tempore. in aliquo. contrafacere uel uenire. de iure. uel de facto. ratione. uel causa. Et pro predictis. omnibus et singulis firmiter. attendendis. obseruandis. et firmis. tenendis. dictus. dominus Conradus. Eidem procuratori suo et michi notario. infrascripto. stipulanti et recipienti. dicto. nomine. omnia sua. bona pignori obligauit. Jubens. exinde fieri publicum. instrumentum Et reffici. si expedierit. cons(c)ilio sapientis

Et Ego Thomas bouerius. de lesegno notarius hanc cartam scrips(s)i ;

Jn nomine domini amen Anno natiuitatis. eiusdem. Millesimo Trecentesimo Quinquagesimoquinto. Jndicione viij^a. die xxiij. Madij. hec exempla. siue transcripta sumpta. per me Nicholinum. de corgnato. notarium. ex autenticis. instrumentis. scriptis manibus. notariorum ut supra in ipsis. subscriptorum. venerabili et Sapienti viro domino Guillelmo de bruxatis. Reuerendi. in xpisto patris. et domini. domini Baldrachi dei gratia Astensis. episcopi vicario. generali. presentata et insinuata. fuerunt Et in eius presencia. per me ipsum notarium et alios. notarios. infrascriptos. ad ipsa autentica. instrumenta. ascultata et examinata Et quia ipse dominus vicarius vtraque per ordinem concordare cognouit in eorumdem exemplorum. plenam fidem et testimonium. suam et Astensis ecclesie. auctoritatem. interposuit et decretum. Actum.

---

(1) *L. V.*: porticam portam (2) *L. V.*: et rogatis et rogatis (3) *Lo spaziato è in sopralinea.* (4) *L. V.*: ut dictam. Ecclesiam Astensem (5) *L. V.*: actiquum

Digitized by Google

in Castro Baennarum. presentibus.. domino lodouico Archipresbitero Montisuici. Andreono de sancta victoria. canonico de sancta victoria. canonico. Sancte marie. de vineis in Janua. et presbitero. Guillelmo. bacheti.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum. de corgnato notarium infrascriptum vna cum ipso Nicolino et Johanne de plocio infrascriptis notarijs Coram dicto domino vicario diligenter inspicientis ad ipsa autentica fideliter abscultaui et examinaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorum exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Johannes de plocio de sancto Albano astensis diocesis publicus Jmperiali auctoritate no(c)tarius Supras(s)cripta. exempla siue trans(s)cripta sumpta. per nicolinum de Corgnato noctarium infrasscriptum ex autenticis instrumentis prefactis vna(a) cum ipso Nicolino et Guillelmo Cuniberto no(c)tario supras(s)cripto in presencia dicti domini vicarij. diligenter ad ipsa autentica. inspicientis fideliter ascultaui et examinaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato in eorumdem. Exemplorum testimonium et plenam fidem me subs(s)crips(s)i et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego. Nicholinus. de Corgnato. de Baennis. inferioribus. Astensis diocesis publicus. Jmperiali autcoritate notarius Suprascripta Exempla. ex autenticis instrumentis. scriptis manibus notariorum. in ipsis. descriptorum. fideliter sumpsi Et postmodum. in presencia prefati domini vicarij. inspicientis vna cum Guillelmo et Johanne notarijs suprascriptis. ad ipsa autentica ascultaui et examinaui Et quia. vtraque. per ordinem. concordare cognoui. de ipsius domini vicarij mandato. in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et meo consueto signo signaui;

CCXLII (1). [13 settembre 1193].

CARAXONO

Sententia

(S. T.) Anno. dominice. incarnacionis. Millesimo Centesimo. Nonagesimo tertio. Jndicione vndecima. die lune. terciodecimo intrantis. Septembris. Sub porticu Ecclesie. sancti Andree. de caraxono. presencia. domini. Nazarij. Astensis. episcopi. et eius curie. et testium. ad hoc specialiter vocatorum quorum nomina. subter leguntur. propter. discordiam que inter dominum. Nazarium. Astensem episcopum. ex vna parte. et dominos. de caraxono vertebatur ex alia. Magister. Baialardus. vbertus. de montealto. Jacobus. de mezadio. Ruffinus. de gorzano. Nichola. gardinus. Ardicio. de morocio. Tebaldus de. Viglano Aicardus sapiens. Rodulfus. de castro.nouo. de more electi pro curia. et ipsa ab vtraque

(1) F. 86 *r*.

Digitized by Google

parte. aprobata. firmam. sentenciam. dederunt. ut si domini. de caraxono. vllo tempore. siue in pace siue in verra vetarent Episcopo. Castrum Caraxoni uel villam uel aliquam forciam. qnod totum feudum. quod tenent. ab episcopo. cederet Ecclesie. Astensi. Et nullo tempore habeant in eum regressum. neque per curiam. neque alio modo. Actum. in Caraxono. Signa +. manuum + suprascriptorum + qui hanc cartam fieri. iusserunt. Jnterfuerunt. Rogati testes. Amedeus. de vicia. Confanonerius Oddo de desaya. Wilermus. de Castronouo. Petrus de riuo. Ego Syrus. tabellio. palatinus rogatus. interfui et hanc Sentenciam. iussu. suprascriptorum. scripsi ;

CCXLIII. [14 settembre 1216].

MONBAXILIUS

Traditio Custodie

(S. T.) Anno dominice. incarnacionis. Millesimo. ducentesimo. sextodecimo Jndicione IIIJ^a (1) die mercurij XIIIJ^o. intrante. Septembri. in Castro Montaldi quod est prope Riuumbrugentem. dominus. Rodulfus et dominus Conradus. et dominus Sismondus et dominus. Jacobus. filius. domini Ardizionis. de monbaxilio. domini. predicti. castri tradderunt. domino Guidoto. Astensi episcopo tamquam. boni vassalli. domino suo. omnes portiones suas quas habebant. in eodem Castro tam domum. suam. quam ibi habebant et tenebant. quam terram vacuam. et alia omnia que in eodem Castro habebant. in custodia et deffensione ipsius episcopi. Tali modo. quod ipse episcopus. usque ad. duos Annos. possit tenere predictas portiones predictorum dominorum in ipso castro in custodia sua. et possit facere custodiri. easdem. portiones. contra omnem hominem. quem voluerit. pro velle et arbitrio suo. usque ad predictum terminum. predicti. domini de Montaldo. hanc cartam fieri rogauerunt. Jnterfuerunt. testes. dominus Anricus. de turre. Martinus. de bredulo. Guala. filius Castellani. de morocio omnes rogati. Et Ego Bonus-Johannes Judex notarius. sacri palacij. interfui et scripsi.

CCXLIV (1). [5 giugno 1217].

DE CARAXONO

Notificatio

(S. T.) Anno. dominice. incarnacionis. Millesimo. ducentesimo. Septimodecimo. Jndicione quinta. die quinto. intrante Junio. in Ecclesia

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.*

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 86 *r.* — C. Ediz. parz. in Morozzo, I, 415.

Digitized by Google

Sancti Andree. de caraxono. in presencia domini. Ruffini Astensis cantoris et zirbaudi de caraxono et cacie et petri de sancto Martino testium. dominus Guidotus. Astensis episcopus. posuit. in saximentum. totum. illud poderium. quod excusati. de caraxono. tenent. in pertinentijs de caraxono. pro Astensi. ecclesia. nisi soluerint et dederint ipsi excusati dicto episcopo. omnes redditus et rationes. quos et quas. ei debent. usque. ad medium augustum. Ego Anselmus sacri palacij. notarius. interfui et hanc cartam. iussu dicti domini episcopi scripsi.

CCXLV. [24 settembre 1238].

Preceptum

(S. T.) Anno. domini. Millesimo. ducentesimo tricesimo.octauo. Jndicione xj. die iouis octauo. kalendas. octubris. Coram. testibus infrascriptis. dominus vbertus. diuina miseratione. episcopus Astensis. dixit et sub debito. fidelitatis. quo Astensi ecclesie et ipsi domino vberto. episcopo Astensi. erant Astricti. precepit. dominis. Qualie et Ruffino. de gorzano. et Guillelmo buatoro. de lucerna. et alijs suis vassallis qui ibi erant. presentes. ut deberent facere et eligere rectorem. et se munire Armis et equis. ad seruicium domini. fredelici. romanorum. imperatoris et ecclesie et episcopi Astensis. Actum. in ecclesia. Sancti victoris de canalibus. Jnterfuerunt testes. dominus Guillelmus de castagnolis. dominus Tebaldus. canonici Astensis ecclesie. Magister Jacobus de montemagno. Et Ego Girbaudus de valperto. notarius palatinus. interfui et precepto dicti. domini episcopi sic scripsi.

CCXLVI. [8 luglio 1238].

Preceptum

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo. tricesimooctauo. Jndicione vndecima. die iouis. octaua intrante Julio. Magister Jacobus de montemagno nuncius domini vberti. dei gracia episcopi Astensis et vicarius domini. vinceuerre. ut apparebat. per eorum literas. domino Ardicioni. de gouono et alijs qui ibi erant. suo et consortum suorum. nomine. lectas. precepit. eisdem. sub pena xxv. librarum. ex parte dicti domini vinceuerre. ut preparent vnum militem. equis et armis ad eorum. expensas. qui vadat cum ipso domino episcopo. ad seruicium. domini imperatoris (1) ad eorum expensas. usque. ad. xv. dies. Actum. in villa. gouoni Testes. prestator de zaffa. Jacobus. de paleris. Albricus. de bardufo. Et Ego Girbaldus. de valperto. notarius palatinus. interfui et sic scripsi.

(1) *Lo spaziato è in margine.*

Digitized by Google

CCXLVII. [9 luglio 1238].

Preceptum ad idem prout supra.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo tricesimooctauo Jndicione xj. die veneris viiij^a. Jntrantis. Julij. Magister Jacobus de montemagno. Nuncius domini vberti dei gracia Astensis. episcopi et vicarius. domini vinceuerre ut apparebat per eorum literas lectas. domino. Mascarro vberto petro. Bonifacio. de ruppe. suo et consortum suorum. nomine. precepit eisdem. sub pena librarum. xxv. ex parte dicti domini vince.uerre. ut preparent. vnum militem. Equis et Armis. ad eorum expensas. qui uadat cum ipso domino episcopo. ad. seruicium. domini. Jmperatoris. usque. ad xv. dies. lectis eciam sibi literis. domini Jmperatoris. Super hoc ad omnes vassallos et homines. Astensis. ecclesie. directis. Actum. in platea. de ruppe. testes. Jacobus. bordinus. Jacobus de monte. Et Ego Girbaudus de valperto notarius. palatinus. interfui et sic scripsi;

CCXLVIII. [9 luglio 1238].

De Viarisio

Preceptum ad idem prout supra.

(S. T.) Anno. domini Millesimo ducentesimo xxxviij. Jndicione xj. die veneris. nono. Jntrante Julio. Magister. Jacobus. de montemagno. nuncius. domini vberti dei gracia episcopi Astensis et vicarius domini vince.uerre ut aparebat per eorum literas lectas. domini[s] vberto. Giraldo. Ruffino Guillelmo Carco et henrico. de viarisio precepit. eisdem. sub pena. xxv librarum. ex parte dicti domini vinceuerre. ut preparent vnum militem ad eorum expensas equis et armis usque ad xv dies qui vadat cum ipso domino episcopo ad seruicium domini Jmperatoris. Actum Sub porticu. Ecclesie de viarixio testes dominus. Robaldus clericus Ecclesie de viarixio. Ambroxius gastaldus. episcopi Astensis. obertus de valmayra et Ego Girbaldus. de valperto. notarius palatinus. interfui et sic scripsi;

CCXLIX (1). [9 luglio 1238].

De Fibinis

Preceptum ad idem pro ut supra.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimooctauo. Jndicione. vndecima. die. veneris. nono. intrante Julio. Magister Jacobus. de montemagno nuncius. domini vberti dei gracia. episcopi Astensis. et

(1) F. 86 *v*.

Digitized by Google

vicarius domini vinceuerre. ut apparet. per eorum literas. lectas. dominis. Anselmo. henrico. Marescalco. de fibinis. precepit eisdem. suo et consortum. suorum nomine. ut preparent duos milites. Equis et armis. vsque ad. xv. dies. ad eorum. expensas. sub pena librarum. xxv. qui vadant. cum ipso domino episcopo. ad seruicium. domini Jmperatoris Actum. in platea de fibinis. testes Anserminus de sala. Germanus. magister. ghigo notarius. Et Ego Girbaldus de valperto notarius palatinus. interfui et sic scripsi.

CCL. [9 luglio 1238]

Preceptum ad idem pro ut supra.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. tricesimo. octauo. Jndicione. xj. die. veneris. viiij.° intrante. Julio. Magister. Jacobus de montemagno nuncius domini vberti. dei gratia episcopi Astensis. et vicarius. domini vinceuerre ut apparebat per eorum literas lectas dominis Guillelmo. de brolio. Oberto. Conrado Manuello. Jacobo de cocastel. Ruffino de bargijs suo et consortum. suorum nomine precepit eisdem. sub pena librarum. xxv. ex parte. domini vinceuerre. ut preparent vnum. militem. equis et armis. ad eorum. expensas usque. ad xv dies qui vadat cum ipso domino episcopo. ad seruicium. domini. Jmperatoris. Actum in platea. de Montemagno. Testes heustachius. barlete. Guillelmus barberius Et Ego Girbaudus de valperto. notarius palatinus. interfui et sic scripsi.

Jn nomine. domini amen Anno. natiuitatis eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimoquinto. Jndicione octaua. die. xxiiij. mensis. Madij. hec Exempla. siue transcripta. sumpta per me. Nicholinum de corgnato. notarium. ex autenticis. instrumentis scriptis manibus. notariorum ut Supra. in ipsis. subscriptorum venerabili. et Sapienti viro. domino Guillelmo. de bruxatis. Juris utriusque perito. Reuerendi. domini. domini Baldrachi dei gratia Astensis episcopi vicario. generali. presentata fuerunt. et in ipsius. presencia. per me ipsum notarium et alios notarios infrascriptos. ad ipsa autentica ascultata lecta. et examinata. Et quia ipse dominus vicarius vtraque. per ordinem concordare cognouit. ut eisdem exemplis tamquam. originalibus. prefatis adhibeatur. de cetero plena. fides. suam et Astensis ecclesie. Auctoritatem. interposuit et decretum Actum in Castro Baennarum. presentibus. domino. Jodouico Archipresbitero Montisuici. Andreono. de Sancta victoria. canonico Sancte marie. de vineis in. Janua. et presbitero. Guillelmo. (de a) bacheti testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta sumpta per Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum vna(a) cum ipso Nicolino et Johanne de plocio notarijs infrascriptis Jn presencia dicti domini vicarij diligenter

Digitized by Google

ad Autentica instrumenta inspicientis fideliter abscultaui et examinaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Johannes de plocio. de sancto Albano Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate no(c)tarius Supras(s)cripta. exempla siue trans(s)cripta. sumpta. per Nicholinum de corgnato no(c)tarium infras(s)criptum ex autenticis instrumentis prefactis vna(a) cum ipso Nicolino. et Guillelmo Cuniberto no(c)tario supras(s)cripto Jm presencia dicti domini vicarij. diljgenter ad ipsa Autentica. inspicientis fideliter Ascultaui et examinaui et quia vtraque concordare inueni de ipsius domini vicarij Mandato. in eorumdem exemplorum testimonium. et plenam fidem me subs(s)cripssi et signo meo consueto signaui :

(S. T.) Et Ego Nicholinus. de corgnato de Baennis inferioribus Astensis diocesis. publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascripta Exempla siue transcripta ex autenticis. instrumentis. scriptis. manibus notariorum. in ipsis descriptorum. fideliter sumpsi Et postmodum in presencia prefati. domini. vicarij. inspicientis. vna cum. Guillelmo et Johanne notarijs suprascriptis ad ipsa autentica instrumenta ascultaui et examinaui. Et quia vtraque. per ordinem concordare cognoui de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi. et signo meo consueto signaui.

CCLI (1). [27 novembre 1183].

BAENNARUM

Pro decimis de baenis

(S. T.) Anno domini Millesimo. c.lxxxiij° Jndicione prima quod fuit. v^a. kalendas. decembris. Regnante Fredelico Romanorum imperatore et semper Augusto. Quoniam quicquid in tempore geritur facile a memoria hominum elabitur. Jdcirco prouisum est ut memorie posterorum litteris transmitatur quod inter mortales contrahitur ut multorum testimonio. roborata ueritas Calumpniam predictorum hominum explodat. Nichil enim tam firmiter statutum quin id laboret calumpnia dissoluendum. Artifex enim presens etas malignandi studet dolum cudere ubi debet fideliter ambulare. pateat igitur tam futuris quam presentibus hominibus quod Ogerius filius condam philippi de montefalcono. fecit finem et refutationem Guillelmo dei gracia sancte astensis Ecclesie episcopo in manu Trencherij pilosi de manciano Astensis ecclesie canonici. missi et procuratoris eiusdem predicti Vuillelmi Episcopi astensis nominatim de toto eo iure quod ipse habebat

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 87 *r*. — C. Ediz. in italiano in Adriani, *I signori di Sarmatorio*, 116.

Digitized by Google

et habere debebat. et quod Alter ab eo tenebat in decimis de baiennis et earum pertinencijs. tali modo ut a presenti die in antea iamdictus Vuillelmus Astensis Episcopus eiusque successores nomine proprietatis. habeant omnia ea iura que iamdictus ogerius habebat et habere debebat in decimis quas ipse uel alter quilibet ab eo tenebat in predicto et de predicto loco de Baiennis et eius territorio faciantque inde quicquid uoluerint sine contradictione predicti ogerij. eiusque heredum. Si autem aliqua persona causa iamdicti ogerij de montefalcono questionem moueret seu molestiam inferret Astensi episcopo de aliquo iure quod se habere diceret in iamdicta decima de baiennis quam idem ogerius ibi dicebatur. uidebatur habere ipse ogerius defensare promisit. bona fide ab omni homine de iure supra bona sua. hanc finem et reffutationem Jurauit predictus Ogerius ratam et firmam habere et nullo tempore prefatum Vuglelmum Astensem Episcopum aut eius successores exinde molestare(t) nec conuenire(t) nec per se nec per suos heredes nec per interpositam personam. Eapropter. idem Ogerius. se confitebatur habuisse a predicto Episcopo. Octuaginta libras ianuensis monete et ita quietum se inde tenuit. qui sub iureiurando exceptioni non numerate peccunie Renunciauit Et astensem episcopum in possessionem decimarum loci predicti intrare iussit et esse. huic contractui et renunciationi consenserunt. vuillelmus tornauacca. et Nicholaus et Conradus. germani. et si qua iura in iamdictis decimis habebant aut habere debebant finem et refutationem fecerunt inde episcopo. Actum in Baiennis in caminata episcopi. feliciter Jnterfuerunt ibi rogati et conuocati. testes. Rogerius Archipresbiter. Vuillelmus presbiter. Ardicio trenca.gula. guillelmus stafic. obertus. de xinis. obertus domine Eugenie. petrus siccus. Anselmus mazamonachus Ansermus falsamoneta. Nicolaus pauperis. Ansermus de castagnolis Amecius. Robaldus caualerius. Jacobus de pollencia. Cunibertus henricus burrianus Albertus maxonus. Vuillelmus amecij. Robaldus de milinanda henr(c)icus burdinus. (*nt*) Et Ego notarius hugo palatinus interfui et rogatus scripsi ;

(2) Domina Matelda mater predicti Ogerij uxor condam philippi de montefalcono ypotechario iuri et omni alij suo iuri si quod in iamdicta decima habebat. renunciauit quietam se tenens de dote sua supra reliqua bona ipsius ogerij. Actum in montefalcono interfuerunt rogati testes. Trencherius pilosus de manciano. Grossus de briscra (*sic*). Oddo

---

(2) *In margine, di carattere del sec. XVII*: Renunciatio famule decimarum

(3) *Questa rinunzia della madre, sebbene sia un atto a parte, si può considerare come un complemento dell'atto precedente, assegnandogli la stessa data.*

Digitized by Google

piola. Ardicio trencagula. Obertus balcianus. Martinus robabelde de braida. Robaldus de baiennis. henricus saracenus. ferracanus. (*nt*) Et Ego Notarius hugo palatinus. interfui et rogatus scripsi

CCLII. [22 ottobre 1210].

AQUISITIO IN BAENIS

Emptio medietatis vinee

(S. T.) Anno ab incarnacione domini nostri yhesu xpisti Millesimo ducentesimo decimo. Jndicione. XIIJ^a^. Quod fuit. XI^a^ die. ante kalendas Nouembris. vendicionem fecit Robaldus filius condam scacherij in manibus domini Guidoti astensis. Episcopi nominatim de medietate unius vinee cum Area sua. que iacet in Costa Castri baennarum. subteriorum. coheret ei idem Episcopus a duabus partibus. Ramundus de castagnolis ab alia parte. Riuus mondalauie ab altera. pro precio triginta solidorum. ianuensis monete. de quo precio dictus Robaudus bene quietum se tenuit ita quod exceptioni non numerate peccunie renunciauit. et iamdictum Episcopum in possessionem ire iussit de dicta uinea cum area sua. a celo usque in abisso finito precio tali modo ut ipse Episcopus et eius successores u e l (1) cui dederit dictam vineam cum Area sua faciat exinde quicquid uoluerit sine contradicione dicti Robaldi et omnium eius heredum. Jnsuper dictus Robaldus promisit per se et suos heredes iamdicto episcopo suisque successoribus dictam vineam cum Area sua ab omni homine deffendere. quod si deffendere non potuerit uel noluerit aut per quoduis ingenium subtrahere quesierit. tunc promisit predictam vineam cum area sua in duplum componere sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub extimatione precij in consimili loco. factum fuit hoc in Castro Baennarum. subteriorum in portico (*sic*) Astensis episcopi testes ibi inde fuerunt rogati Villelmus nebulinus. Manfredus. stella clericus dicti Episcopi. henricus burrianus. Ogerius de sinio. Opecius de gouonio. Ansermus. garinus (*nt*)

Et Ego Thomas sacri palacij notarius hijs fui rogatus et scripsi.

CCLIII. [23 ottobre 1210].

Emptio quarte partis vinee

(S. T.) Anno ab incarnacione domini nostri yhesu xpisti Millesimo ducentesimo decimo Jndicione XIIJ^a^. quod fuit. x. die ante kalendas nouembris. venditionem fecit Manfredus filius condam henrici de amecio

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.*

Digitized by Google

consilio domini oberti Archipresbiteri de baennis et Vuillelmi de costamagna et oberti carcandi in manibus domini Guidoti. Astensis Episcopi nominatim de quarta parte vnius vinee cum Area sua. Cui coheret idem episcopus a duabus partibus Ramundus de castagnolis ab alia parte. riuus mondalauie ab altera pro precio. duodecim solidorum Januensis monete. de quo precio dictus Manfredus bene quietum se tenuit ita quod exceptioni non numerate peccunie renunciauit et iamdictum dominum Episcopum in possessionem ire iussit de dicta vinea cum area sua a celo usque in abisso finito prècio tali modo ut ipse Episcopus et eius successores uel cui dederint dictam vineam faciat exinde quicquid uoluerit sine contradicione dicti Manfredi et omnium eius heredum Jnsuper dictus Manfredus promixit per se et suos heredes iamdicto episcopo suisque successoribus dictam vineam cum area. sua ab omni homine deffendere quod si deffendere non potuerit uel noluerit aut per quoduis ingenium subtrahere quesierit. tunc promixit dictam vineam cum Area sua in duplum componere sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub extimacione precij in consimili loco. Actum est hoc Baennis in portico Astensis episcopi testes ibi inde fuerunt rogati dominus Otto de Costamagna Ardicionus frater eius. Ansermus siccus. Ansermus de sancto auundo. Ramundus decanus (*nt*)

Et Ego Thomas sacri palacij notarius. hijs fui rogatus et scripsi.

CCLIV. [15 gennaio 1211].

Emptio petie vinee cum area.

(S. T.) Anno ab incarnacione domini nostri yhesu xpisti Millesimo ducentesimo vndecimo Jndicione xiiij^{a}. die dominico quintodecimo intrante mense Januario. Vendicionem fecit Ramundus de castagnolis in manibus domini Guidoti astensis Episcopi nominatim de una pecia vinee cum Area sua que iacet in Costa Castri Baennarum subteriorum Coheret ei idem Episcopus ab una parte idem Ramundus ex alia. otto spata ex altera. pro precio. vigintiunī[*us*] solidorum Januensis. monete. de quo precio dictus. Ramundus bene se quietum tenuit. ita quod exceptioni non numerate peccunie Renunciauit Et iamdictum dominum Episcopum in possessionem ire iussit de dicta vinea cum Area sua a celo usque in abisso. finito precio. tali modo ut ipse Episcopus et eius successores uel cui dederint dictam peciam vinee cum area sua faciat exinde quicquid uoluerit sine contradicione dicti Ramundi et omnium eius heredum. Jnsuper dictus. Ramundus promisit per se et suos heredes iamdicto Episcopo suisque successoribus dictam vineam cum area sua ab omni homine deffendere. quod si deffen-

Digitized by Google

dere non potuerit uel noluerit aut per quoduis ingenium subtrahere quesierit tunc promisit dictam vineam cum area sua in duplum componere sicut pro tempore fuerit meliorata. aut ualuerit sub extimatione precij in consimili loco. Actum est hoc in Castro Baennarum subteriorum in portico Astensis episcopi testes ibi inde fuerunt rogati Jacobus uicecomes. Burgus de Nouaria. Manfredus stella clericus predicti Episcopi Villelmus nebulinus. Raymundus decanus. (*nt*)

Et Ego Thomas sacri palacij notarius hijs fui rogatus scripsi;

CCLV (1). [1° agosto 1222].

Baenis

Emptio iurium

(S. T.) Anno dominice incarnacionis Millesimo ducentesimo. vicesimo secundo. Jndicione decima die lune primo mensis Augusti. in Castro Baennarum inferiorum. dominus Jacobus spata de baennis. uendidit. domino Jacobo dei gracia Astensi episcopo nomine Ecclesie seu Episcopatus astensis quicquid erat sui iuris et tenebat in aquaticis et riuaticis territori[*i*] dictarum Baennarum quod eciam ab astensi Episcopo in feudum tenebat nichil inde (2) retinens in se nisi tantum quod [*ipse*] et illi de domo sua possint et debeant molere ad molandinum Astensis Episcopi sine molitura et quod si fluuius uiuus descenderet inde possit ipse facere. suam partem piscarie tamquam unus aliorum dominorum de Baennis. finito precio denariorum bonorum. Januensium paruorum librarum. vigintiquinque. de quibus se bene solutum et quietum coram testibus uocauit. Renuncians Exceptioni non numerati precij. Quam dictam venditionem dictus dominus Jacobus spata per se et suos heredes suprascripto domino Episcopo et successoribus suis nomine dicte. Ecclesie seu Episcopatus astensis omni tempore ab omni cum racione deffendere promisit sub dupla Euictione cum stipulacione subnixa. sicut ualuerit aut meliorata fuerit. Et si defendere noluerit aut nequiuerit. tunc omne dampnum et expensas quod quasue inde dictus dominus Episcopus uel successores eius nomine predicto eisdem restituere promisit. pro predictis omnibus. omnia sua bona. eidem domino Episcopo predicto nomine pignori obligando. et inde hanc cartam fieri rogauerunt ut Supra. interfuerunt testes rogati dominus Obertus et dominus vgonus de Sarma[*t*]orio et dominus Ansermus siccus.·.

Ego Albertus sacri palacij notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi;

---

(1) F. 87 *v*. (2) *L. V.*: namque

Digitized by Google

CCLVI. [6 febbraio 1223].

Baenis
locus baennarum
Permutatio.

(S. T.) Anno dominice incarnationis Millesimo. ducentesimo vicesimo. tercio. Jndicione vndecima. die lune sexto intrantis februarij Jn Castro Baennarum inferiorum Carosus et Cacia fratres insimul dederunt permutationis nomine domino Jacobo dei gracia astensi Episcopo. nomine Ecclesie seu Episcopatus Astensis omnia sua iura que habebant et uisi erant habere et possidere in aquatico et riuatico baennarum predictarum et eius territorio que eciam in feudum ab astensi episcopo tenebant nichil in se inde retinentes nisi quod ipsi et heredes et familie ipsorum debeant molere ad molandinum dicti domini episcopi absque molitura quandocumque uoluerint et eos opportuerit. post illud granum quod fuerit super tremodiam Ad inuicem uero dictus dominus Episcopus nomine dicte Ecclesie seu Episcopatus astensis. dedit suprascriptis Caroso et Cacie fratribus permutationis nomine dominium et proprietatem unius pecie terre iacentis in territorio. dictarum baenarum uidelicet in pasco de fornace. Cui coheret uia a duabus partibus. fala et saluaticus. Jtem unius pecie terre iacentis in pernalio cui choeret Nicolaus giraldus illi de prouincia. Manfredus maciamonicus et uia. Jtem alterius pecie terre iacentis in eadem hora Cui choeret dominus Jacobus spata. uia et rippa montis de lauco (*sic*). Quam Suprascriptam permutationem dicti uero permutatores per sè et successores et heredes suos sibi et successoribus et heredibus suis et cui dederint omni tempore ab omni homine cum racione ad inuicem inter se deffendere promiserunt. sicut ualuerit uel meliorata. fuerit. et si deffendere noluerint uel nequiuerint omne dampnum et expensas quod et quas inde passi fuerint uel fecerint sibi ad inuicem restituere promiserunt. Et pro predictis omnibus obseruandis dictus dominus episcopus nomine dicte Ecclesie seu Episcopatus astensis omnia bona ipsius episcopatus et dicti Carosus et frater eius Cacia omnia sua bona sibi ad inuicem inde pignori obligauerunt. et inde duas. cartas unius tenoris. fieri preceperunt tenendo tamen suprascripti Carosus et Cacia suprascriptam terram in feudum. sicut alia que tenent ab astensi episcopo. Jnterfuerunt testes. rogati. dominus Jacobus de platea. dominus Jacobus spata Petrus de sancto martino. Ansermns garinus Nicolaus giraldus et Jacobus cochus.

Ego Albertus sacri palacij notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

Jn nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo cccliii. Jndicione. vi^a. die tercio mensis Augusti. Suprascripta exempla. per me Nicolinum de corgnato

Digitized by Google

notarium infrascriptum. sumpta ex autenticis instrumentis scriptis manibus notariorum. subscriptorum et ipsorum signa signatis. venerabili viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et apostolice sedis gracia episcopi astensis vicario generali insinuata fuerunt et in eius presencia per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios diligenter cum ipsis autenticis ascultata. Et cum ipse dominus vicarius cognouerit ipsa et quodlibet eorum cum autenticis per ordinem concordare ut adhibeatur exemplis predictis et cuilibet eorum. de cetero plena. fides. suam et episcopalis astensis auctoritatem interposuit. et decretum. Actum in Castro Baennarum dicti domini Astensis episcopi presentibus. Andreono de sancta uictoria. canonico sancte marie de vineis in Janua. Georgio dondino de monteuico clerico sancti pauli astensis et Eusebio alamanno de cherio clerico testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta vna(a) cum infrascriptis Nicolino de corgnato de baennis et Nicolino de bruxatis de nouaria notarijs ad Autentica instrumenta scripta Manibus notariorum in ipsis descriptorum Coram dicto domino vicario inspiciente diligenter et fideliter Abscultaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo consueto Signaui :

(S. T.) Et Ego Nicholinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue trans(s)cripta vna(a) cum suprascripto Guillelmo cuniberto et Jnfrascripto Nicolino de Corgnato notarijs ad Autentica instrumenta scripta manibus notariorum in ipsis descriptorum Coram dicto domino vicario inspiciente diligenter et fideliter abscultaui Et quia vtraque Concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo consueto Signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis diocesis publicus. Jmperiali Auctoritate notarius. Suprascripta Exempla siue transcripta ex autenticis instrumentis. scriptis manibus. notariorum ut supra in ipsis subscriptorum. fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia ipsius domini vicarij inspicientis cum supradictis. Guillelmo et Nicolino notarijs. ad ipsa autentica. diligenter. legi et ascultaui Et quia ipsa exempla cum autenticis concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato. ad ipsorum exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

CCLVII (1). [26 gennaio 1217] (2).

De Baenis

Emptio partis domus

(S. T.) Anno natiuitatis domini Millesimo ducentesimo septimo de-

(1) F. 88 *r*. (2) *Il 27 gennaio 1217 era di venerdì, non di giovedì. Probabilmente il notaio non computò il giorno delle calende.* (3) *L. V.*: alaliquo (4) *L. V.*: ratum et firmum

Digitized by Google

cimo Jndicione quinta die iouis sexto (2) kalendas februarij. Jn Baennis inferioribus in Castro eiusdem uille in presencia infrascriptorum testium Mainfredus filius condam Ottonis spate. pro precio librarum vigintinouem et dimidie Januensium uendidit domino Guidoto astensi episcopo nomine astensis Ecclesie nominate(m) suam partem domus et curtis et tocius contiti. siue iuris quod ipse manfredus habebat in Castro baennarum inferiorum. infra. fossata. tam in cellarijs quam in ortis et in alijs omnibus que ad eum in predicto Castro pertinebant que pars ipsius Mainfredi erat dimidia pro indiuiso tam domus quam curtis et tocius iuris quod pater. ipsius mainfredi condam. possederat tempore mortis sue. domus autem predicta s(c)ita est cum ipsa curte in Castro Baennarum. Cui coheret ab una parte dictus Episcopus ab alia parte Cacia filius condam domini gunfredi. Ab alijs uero partibus. fossata Castri et rocha. eiusdem Castri. Eo modo fecit dictus Ma[*i*]nfredus hanc venditionem ut predictus dominus Episcopus eiusque successores et cui dederint habeant et teneant omnia predicta cum accessibus et ingressibus et cum omnibus suis pertinencijs in integrum et ad proprium et inde faciant quicquid uoluerint iure proprietario. sine contradicione dicti manfredi eiusque heredum. et cum sua eorumque deffensione ab omni homine cum racione in pena dupli. preterea promisit dictus Mainfredus predicto domino episcopo quod si ei uel eius successoribus. aliquo tempore fuerit dictam domum et curtem (*sic*) et predicta alia euicta cum racione ab aliquo (3) homine totum dampnum quod inde habuerint euictionis nomine (totum) ei restituere promisit. Et pro hac uenditione fuit confessus dictus Mainfredus se accepisse a predicto domino Guidoto Astensi Episcopo libras vigintinouem et dimidiam. ianuenses nomine astensis Ecclesie. Renunciando Exceptioni non date et non numerate peccunie Jnsuper Jurauit dictus Ma[*i*]nfredus ad sancta. dei euangelia omni tempore omnia predicta rata et firma (4) habere. vnde pro hijs omnibus omnia sua bona pignori obligauit. Jnterfuerunt. Otto uicedominus. Petrus de sancto martino lambertus seruiens. domini Episcopi. Nicolaus giraldus. Rubeus. Ramundinus de uico et vbertus de bredulo testes

(S. T.) Ego Anselmus sacri palacij notarius interfui et hanc Cartam rogatus a dicto Manfredo traddidi et scripsi.

CCLVIII. [10 febbraio 1217].

De Bennis

Emptio partis domus.

(S. T.) Anno dominice. incarnationis. Millesimo ducentesimo septimodecimo. Jndicione quinta die veneris decimo intrante februario. Jn Baen-

Digitized by Google

nis inferioribus in caminata domini Astensis episcopi in presencia infrascriptorum testium. Jacobus spata filius condam Ottonis spate pro precio librarum Triginta et dimidie ianuensium. vendidit domino Guidoto astensi Episcopo nomine astensis Ecclesie nominate. suam partem domus et Curtis et tocius contiti siue iuris quod ipse Jacobus habebat in Castro baennarum inferiorum infra fossata tam in cellarijs quam in ortis et in alijs omnibus que ad eum in predicto Castro baennarum pertinebant que pars ipsius iacobi est dimidia pro indiuiso tam domus quam curtis et tocius iuris quod pater ipsius Jacobi condam possederat tempore mortis sue. domus autem predicta. scita est in Castro Baennarum inferiorum cum ipsa curte Cui coheret ab una parte dictus episcopus ab alia Cacia filius condam gunfredi ab alijs uero partibus fossata et rocha eiusdem Castri. omnia cum omnibus ipsis domui et Curti pertinentibus in integrum Eo modo fecit dictus Jacobus hanc uendicionem. ut predictus dominus Episcopus eiusque successores et cui dederint nomine astensis Ecclesie habeant dictam domum et curtem et omnia alia predicta cum accessibus et ingressibus et cum omnibus suis pertinencijs teneant ad proprium et inde faciant iure proprietario. quicquid uoluerint sine contradicione predicti Jacobi. eiusque heredum et cum sua eorumque def(f)ensione ab omni homine cum racione in pena dupli. preterea. promixit. dictus Jacobus predicto domino episcopo quod si predictam domum et curtem et alia predicta predicto domino Episcopo uel eius successoribus aliquo tempore euicta fuerint cum racione totum dampnum quod inde habuerint euictionis nomine (totum) ei restituere promisit ad mensem unum proximum postquam eis euicta fuerint. Et pro hac uenditione fuit confessus predictus Jacobus se a predicto domino Episcopo nomine predicte astensis Ecclesie recepisse libras triginta et dimidiam Januensium denariorum bonorum. Renunciando exceptioni non date et non numerate pec(c)unie. Jnsuper dictus Jacobus. iurauit ad sancta dei euangelia. omni tempore predicta omnia rata et firma (1) habere vnde pro hijs omnibus attendendis omnia sua bona pignori obligauit. interfuerunt. vbertus de Castelleto et iohannes scapita et iacobus scapita. Ansermus garinus. Nicolaus giraldus. Siulfus de lequio. Guillelmus niuolinus obertus carcandus. Johannes bucca.grassa Oddo de uicia. et Calmonus et quidam alij quammulti testes. Ego Anselmus sacri palacij notarius interfui et hanc cartam rogatus traddidi et scripsi.

CCLIX. [16 marzo 1217].

De Bennis

Quitatio

(S. T.) Anno dominice incarnationis. Millesimo ducentesimo. septimo-

(1) *L. V.*: ratum et firmum

Digitized by Google

decimo. Jndicione quinta die iouis sextodecimo intrante marcio. Jn Baennis inferioribus sub porticu Caminate Episcopi. Jacobus spata et Mainfredus spata frater ipsius Jacobi. auctoritate et consensu Johannis bucegrasse Curatoris eiusdem Manfredi ad hoc specialiter constituti a. domino Guidoto dei gratia astensi Episcopo. Renunciando exceptioni non date et non numerate pec(c)unie et auxilio minoris etatis et omni legum auxilio. fuerunt confessi se recepisse a. domino Guidoto Astensi episcopo nomine astensis Ecclesie libras Sexaginta et unam. denariorum bonorum ianuensium. pro solutione precij domus et curtis. cum omnibus suis pertinencijs quas ipsi Jacobus et Mainfredus uendiderunt predicto domino Episcopo in Castro baennarum inferiorum positas de quibus denarijs dictus dominus Episcopus soluit in eorum utilitate libras triginta et sex. ianuenses. uidelicet Nicholao de Alba iudici pro quodam debito quo ipsi tenebantur. eidem Nicolao et (1) pro quo debito. Johannes scapita. et iacobus scapita et zirbaldus scapita. apud eumdem Nicolaum fideiiusserant et reliquos uero fuerunt confessi in eorum utilitate esse conuersos. Eo modo ut de cetero per se uel per suos heredes uel per aliquam su[*b*]missam personam predictam pec(c)uniam. non exigent a predicto domino episcopo nec ab eius successoribus. sed semper. stabunt de predicta pec(c)unia taciti et contenti. Jnsuper quoque dictus mainfredus iurauit ad sancta dei euangelia. se omni tempore omnia. predicta rata et firma inuiolabiliter habiturum. Jnterfuerunt. Ansermus garinus Magister bonusiohannes. Nicholaus de Alba. et Tebaldinus cocus. testes.

Ego. Anselmus sacri palacij notarius interfui et hanc cartam rogatus a predictis traddidi et scripsi.

CCLX. [4 gennaio 1217].

Quitatio

(S. T.) Anno dominice incarnacionis Millesimo ducentesimo. septimodecimo. Jndicione quinta. die mercurij quarto intrante Januario Jn baennis inferioribus sub porticu Caminate Episcopi in presencia Magistri boniiohannis. Ottonis uicedomini vberti de bredulo et Anrici bouerij et vberti de barolo seruiencium domini Guidoti astensis episcopi testium ad hec specialiter uocatorum. dominus Rubuffus (*sic*) plebanus Astensis canonicus procurator et nuncius Jacobi de rohata Ciuis astensis ad recipiendum infrascriptos denarios fuit confessus se accepisse a domino Guidoto astensi episcopo nomine astensis Ecclesie libras viginti et quinque. denariorum ianuensium. pro tercio anno illarum librarum.

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.*

Digitized by Google

ccc. ianuensium. quas dictus dominus episcopus nomine astensis Ecclesie dare debebat. predicto Jacobo de roata pro concordia inter eos facta. Quos denarios. omnes dictus dominus Rubuffus fuit confessus se accepisse a predicto domino episcopo nomine et uice dicti Jacobi de roata cuius procurator et nuncius est ad predictam pec(c)uniam recipiendam secundum quod in publico. instrumento inde facto per gandulfum donascum publicum notarium continetur. Millesimo ducentesimo septimodecimo indicione quinta die martis tercio intrante ianuario. et ita fuit tacitus et confessus. Renunciando exceptioni non date et non numerate pec(c)unie. Ego Anselmus sacri palacij notarius interfui et hanc cartam rogatus traddidi et scripsi.

CCLXI (1). [28 o 29 gennaio 1217] (2).

Inhibitio

(S. T.) Anno dominice incarnacionis Millesimo ducentesimo septimo. decimo Jndicione quinta die Sabati quarto kalendas februarij in presencia infrascriptorum testium. dominus Guidotus Astensis episcopus contradixit et precepit. Nicolao de riburento sub debito fidelitatis qua ipse. Nicolaus dicto domino episcopo tenebatur et tenetur quod nullo modo nubat filias suas uel filiam in poderio et super poderio montisalti et ruburenti nec aliquos contractus uel pacta. de predictis poderi[*i*]s. faciat cum aliquo homine absque suo consilio uoluntate et auctoritate. Actum hoc in baennis inferioribus in caminata eiusdem domini episcopi. Jnterfuerunt. Ansermus garinus. Petrus de sancto Martino et Raymundinus de uicho seruiens ipsius domini Episcopi testes. Ego Anselmus sacri palacij notarius interfui et hanc cartam iussu predicti domini episcopi scripsi.

CCLXII (1). [22 giugno 1282].

de bennis

Sententia banni contra contumacem

(S. T.) Jn nomine. domini nostri yhesu xpisti amen. Anno eiusdem

---

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 88 *r*. — C. Ediz. parz. in Morozzo, I, 353, n. 62.

(2) *Il 29 gennaio 1217 era di domenica, non di sabato. È quindi errato il giorno del mese o quello della settimana. Il* Bertano, St. di Cuneo, II, 276, *n. 351, dalla copia 717 della Bibl. di S. M. il Re, riferisce il doc. al* quarto kal. Januarj (*29 dicembre 1216*), *che fu un giovedì, data che, come egli giustamente osserva, è parimenti errata.*

(1) F. 88 *v*. (2) *L. V.*: ut ut (3) *Sull'*et, *che ancor si vede, venne*

Digitized by Google

Millesimo ducentesimo LXXXIJ°. Jndicione decima die lune XXIJ°. mensis iunij. Hec sunt Condempnaciones facte per dominum vbertum de gouono potestatem Baennarum et vicarium venerabilis patris domini Conradi dei gracia Episcopi Astensis. super grauibus et uarijs Maleficijs que inferius denotantur tam ex forma iuris quam ex forma. Capitulorum et ordinamentorum Et omni iure et racione quo et qua potest. habito super predictis consilio et deliberatione plurium sapientum. Lecte et publicate in plena concione Comunis Baennarum uoce preconia et per campanam more solito congregata. Quoniam Oddo. Cacia de baennis. dicitur et inculpatur quod ipse malo modo. et facinorose debuit tractasse cum domino Johanne de quiliano et alijs pluribus ut terra Baennarum tradderetur per prodicionem et reuellaretur (*sic*) contra dominum Episcopum et Ecclesiam astensem et in eorum lesionem ita quod predictus. dominus Episcopus et Ecclesia Astensis dominio et iurisdicione Baennarum penitus priuaretur et dedisse auxilium consilium et fauorem. die lune primo mensis iunij manu. armata domino Johanni predicto et forensibus et bannitis baennarum silicet Jacobo de gorzenio. Petro cani henrico uuglino. Oberto Zadello. Cariono. Oberto fornayroto ut intrarent terram et villam baennarum et intrauerunt et ipse oddo cum predictis muniuit portas et Campanile dicte uille et espugnauit Castrum dicti domini. Episcopi in baennis et domum filiorum. gazeris et citatus fuit domui eius et habitationis per nuncium comunis baennarum. ut compareret coram dicto domino potestate et vicario. occaxione predicta quod penitus facere recusauit. Et ea occaxione quampluries preconizatus fuit super campanile more solito in banno per predictum nuncium et contumax extit(er)it. Que res est enormis et mali exempli. Jdeo dictus dominus potestas et vicarius habita eius contumacia pro probatione legitima et uisis probationibus contra eum receptis. condempnat eum ut (2) perpetuo. sit bannitus et forestatus dicti domini Episcopi et ville et iurisdicionis baennarum. Et si unquam peruenerit in forciam. comunis baennarum uel domini episcopi paciatur illam penam quam pati deberet. si modo esset presens secundum formam iuris et ordinamentorum comunis baennarum. et in publicatione omnium bonorum suorum. Actum est hoc Baennis in platea interfuerunt testes rogati. Jacobus. gambarellus. pellatus de uicia notarius (3) et zaudonus macellator. Et Ego henricus Carnalia Jmperiali auctoritate notarius et nunc Curie baennarum interfui et rogatus sic de mandato dicti domini vicarij publice scripsi

---

scritto notarius

Digitized by Google

CCLXIII. [22 giugno 1282].

de bennis

Sententia prolata contra Rebellem contumacem.

(S. T.) Jn nomine domini nostri yhesu xpisti Amen. Anno eiusdem Millesimo ducentesimo LXXXIJ°. Jndicione x^a^. die lune XXIJ. mensis iunij. Hec. sunt condempnationes. facte per dominum vbertum de gouono potestatem baennarum et vicarium venerabilis patris domini Conradi dei gracia Episcopi Astensis super grauibus et uarijs maleficijs que inferius denotantur tam ex forma iuris quam ex forma capitulorum et ordinamentorum et omni iure et racione quo et qua potest habito super predictis consilio et deliberatione plurium sapientum lecte et publicate in plena concione comunis baennarum uoce preconia et per campanam more solito congregata. Quoniam Bertolemeus cacia de baennis inculpatus. fuit. fuisse rebellis. domini Episcopi astensis et ecclesie Astensis et posuisse multos extraneos Armatos intus uillam baennarum. causa occupandi dominium et iurisdicionem ipsius uille et causa reuellandi dictam villam contra predictum dominum Episcopum et Ecclesiam astensem et munisse. Campanile et portas baennarum et tractasse cum domino. iohanne de quiliano ut predicta villa per prodicionem Caperetur Et dedisse consilium et fauorem predictis domino iohanni et forensibus et bannitis. baennarum. ad omnia supradicta et occaxione predicta. dictus Bartholomeus Citatus fuit ad domum in qua consueuerat habitare per nuncium comunis baennarum ut ueniret et compareret mandatis predicti domini potestatis et vicarij et coram eo se presentaret sub Certa pena et preconizatus fuit in banno per dictum nuncium more solito. super Campanile baennarum ut ueniret stare mandatis predicti domini potestatis et vicarij ut supra. Que omnia predictus Bartholomeus facere recusauit sed pocius se absentauit et fugit. Jdcirco. predictus dominus potestas et vicarius secutus formam iuris et Capitulorum et ordinamentorum baennarum. condempnat ipsum Bartholomeum ut. perpetuo. sit bannitus et forestatus uille et iurisdicionis baennarum et predicti domini Episcopi et ecclesie. Astensis et publicat bona ipsius Bartholomei ita quod ex nunc ipsa bona publicata sint et pro publicatis habeantur. Et si aliquo tempore peruenerit in forciam potestatis et comunis Baennarum siue domini episcopi astensis quod puniatur secundum formam juris et secundum formam predictorum ordinamentorum Et inde ad consilium sapientis predictus dominus potestas et vicarius precepit michi henrico carnalie notario fieri publicum instrumentum. Actum est hoc Baennis in platea. Jnterfuerunt testes rogati et uocati.

Digitized by Google

Jacobus cambarellus. pellatus de uicia notarius et zaudonus macellator

Et Ego henricus carnalia. Jmperiali auctoritate notarius interfui et rogatus sic publice scripsi.

Jn nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo CCCLIII Jndicione VI^a. die tercio mensis augusti. Suprascripta exempla per me Nicolinum de Corgnato notarium infrascriptum. sumpta ex autenticis instrumentis. scriptis et signatis manibus et signis notariorum ut supra subscriptorum. venerabili et Sapienti viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto. patris domini. Baldrachi. dei gracia episcopi Astensis vicario generali insinuata fuerunt. Et in eius presencia per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios. diligenter cum ipsis autenticis ascultata. Et cum ipse dominus vicarius. cognouerit ipsa et quodlibet eorum cum autenticis per ordinem concordare ut adhibeatur exemplis predictis et cuilibet eorum de cetero per quoslibet plena fides suam et episcopalis Astensis auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum presentibus Andreono de sancta victoria canonico. sancte marie de uineis in Janua. Georgio dondino de monteuico. clerico Sancti pauli astensis et Eusebio Alamanno. de cherio testibus uocatis et rogatis;

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de Baennis inferioribus Astensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius. suprascripta exempla siue transcripta cum infrascriptis Nicolino de bruxatis de nouaria et Nicolino de corgnato de baennis notarijs ad autentica instrumenta scripta Manibus notariorum in ipsis descriptorum. Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter. abscultaui Et quia vtraque Jnueni concordare de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo consueto signaui

(S. T.) Et Ego nicolinus de bruxatis de nouaria publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascripta exempla siue trans(s)cripta Cum suprascripto guillelmo cuniberto et infrascripto nicolino de corgnato notarijs ad Autentica instrumenta scripta manibus notariorum in ipsis descriptorum Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter abscultaui et quia vtraque cumcordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi Et signum meum consuetum (1) Ap[*p*]osui.

(S. T.) Et ego. Nicolinus. de corgnato de baennis inferioribus astensis diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate notarius. suprascripta Exempla. siue transcripta ex autenticis instrumentis. scriptis .manibus. notariorum ut supra. in ipsis subscriptorum fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia ipsius domini vicarij inspicientis cum Guillelmo et Nicolino notarijs prescriptis ad ipsa Autentica instrumenta. legi et ascultaui. Et quia ipsa exempla. cum autenticis per ordinem concordare inueni. de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem Exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi signumque meum apposui consuetum;

---

(1) *L. V.*: signo meo consueto

Digitized by Google

CCLXIV (1). [6 gennaio 1280].

de bennis

Venditio Vinee per Reuerendum Dominum Episcopum Astensem aprobata.

(S. T.) Anno domini. Millesimo ducentesimo. LXXX. Jndicione. VIIJ^{a}. die Sabati sexto intrante. Januario. Domini. Bartholomeus et Oddinus. Cacia filij condam domini Girbaudi. Cacie de Baennis inferioribus. uterque eorum in solidum. dederunt uendiderunt et traddiderunt. Jacobo barberio de nouello qui habitat in baennis. peciam unam uinee cum Area sua et cum omnibus accessibus et Egressibus suis et omnibus que habet super se et infra se iacentem in posse Baennarum ubi dicitur. post Castrum. Cui coheret. dominus Episcopus. Astensis. heredes condam. Arnaldi toscani et fossatum Communis Baennarum. precio librarum vigintiquinque. astensis monete. de quo precio bene se tenuerunt quietos et solutos Exceptioni non numerate peccunie exceptioni doli condicioni sine causa uel ex iniusta causa et specialiter omni legum auxilio. Et beneficio. omnino Renunciando. Et ita inuestiuerunt dictum. Emptorem in possessionem corporalem uel quasi. sua auctoritate ingredi et esse iusserunt. Constituentes se dictam peciam vinee tenere et possidere nomine dicti emptoris donec inde possessionem ap[p]renderit corporalem uel quasi quam ap[p]rehendere ei liceat inpune quandocumque uoluerit. et ap[p]rehensam retinere sine licentia et requisitione alicuius iudicis uel rectoris. seu magistratus aut alterius alicuius cuiuslibet persone. Tali quidem modo quod dictus emptor et quem habere statuerit. dictam peciam uinee habeat teneat et possideat et quicquid inde uoluerit facere faciat iure proprio. libere sine contradicione alicuius persone. Quam peciam vinee promiserunt eidem emptori stipulanti. perpetuo. legitime deffendere auctorizare et disbrigare ab omni persona impediente sub pena. dupli dicti precij. quod si deffendere nolueri[n]t uel non potueri[n]t. seu quouis ingenio subtraere quesieri[n]t. tunc omne dampnum et expensas euictionis et interesse eidem emptori stipulanti totum integre restituere promiserunt Credendo ei de dampnis et expensis in eius solo uerbo. sine testibus sacramento et aliqua alia probacione remissa ei necessitate denunciandi et appellandi. Et pro hijs omnibus et singulis firmiter obseruandis obligauerunt ei pignori omnia sua bona. Preterea venerabilis pater dominus. Conradus dei gracia Episcopus astensis. per se et ecclesiam atque episcopatum (2) Astensem dictam venditionem et omnia supra-

(1) F. 89 *r*. (2) *In margine, di carattere del sec. XVI*: decretum Episcopi

Digitized by Google

scripta approbauit confirmauit et laudauit. Et inde suam Auctoritatem et decretum et Episcopatus astensis interposuit. Eo tamen saluo quod dictus dominus Episcopus uel Ecclesia astensis dictam peciam vinee habere ualeat et debeat si uoluerit illo precio et illo modo quo eam habet dictus emptor si dicti uenditores ipsam non re[*h*]aberent aut rehabere nol[*l*]ent. Et inde ad consilium sapientis et melioramentum michi notario infrascripto iussum est fieri Jnstrumentum. Actum est hoc in castro Baennarum. interfuerunt testes rogati Siulfus carnalia. Ansermus aragnus Guillelmus de preposito et dominus Bonusvicinus iudex. dicti domini Episcopi :,

Ego henricus carnalia imperiali Auctoritate notarius interfui et sic rogatus publice scripsi.

CCLXV. [14 gennaio 1280].

de benis

Emphytheosim

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo LXXX. Jndicione. VIIJ^{a}. die dominico XIIIJ^{o} mensis ianuarij. Jacobus barberius de Nouello qui habitat in baennis dedit et concessit Oddoni cacie ad fictum et nomine. ficti peciam unam vinee iacentem in posse baennarum ubi dicitur post Castrum. Cui coheret dominus Episcopus Astensis heredes condam oberti tuscani et fossatum comunis et in emphiteosim. Tali quidem modo quod dictus oddo cacia dictam peciam. vinee iure emphiteotice conditionis et nomine ficti habeat et quicquid inde uoluerit facere faciat sine contradicione alicuius persone. pro qua et de qua pecia vinee et ex ipsa pecia uinee promixit dictus oddo cacia stipulanti dicto Jacobo. dare et soluere pro ficto et nomine ficti omni Anno ad festum Natalis domini. solidos LX. astensis monete. Et omnes Expensas dampna et interesse que. uel quas inde faceret. uel substineret occaxione dicti ficti habendi siue dicte quantitatis pec(c)unie habende in iudicio uel extra. iudicium seu quocumque alio modo eidem totum integre restituere promixit. Credendo ei de dampnis et expensis in eius solo uerbo sine testibus sacramento et aliqua alia probacione. pro quibus omnibus et singulis. firmiter obseruandis obligauit eidem Jacobo pignori omnia sua bona et inde ad consilium Sapientis michi notario plura Jnstrumenta unius tenoris fieri iussa sunt. Actum est hoc in baennis ante domum henrici de beali. interfuerunt testes rogati. Oddo burrianus Manfredus gazerus Michael gaçerus et Oddinus gazerus. filius condam Conradi. gazeris. Et Ego henricus carnalia imperiali Auctoritate notarius. interfui et rogatus scripsi :

Digitized by Google

CCLXVI. [7 gennaio 1280].

de bennis

Licentia alienandi iura

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo. lxxx. Jndicione viij^a^. die dominico septimo intrantis ianuarij. venerabilis. pater. dominus Conradus dei gracia Episcopus Astensis per se et nomine et uice episcopatus et Ecclesie astensis. dedit. concessit et laudauit Bartholomeo Cacie. filio condam. domini Girbaudi cacie plenam et integram auctoritatem et licentiam atque possibilitatem uendendi obligandi et alienandi. cuilibet persone de baennis seu in Baennis habitanti. sextam partem pedagij. ville et iurisdicionis baennarum siue omne ius pedagij baennarum ipsi Bartholomeo et eius fratri oddoni cacie competenti siue contingenti. Et dictam vendicionem. [et] obligacionem de ipsa parte pedagij. factam seu alienationem ipse dominus episcopus promisit. perpetuo. firmam et ratam habere et tenere et non contrauenire. Eo tamen saluo quod si ipse dominus Episcopus uel Ecclesia astensis uellet soluere illam quantitatem pec(c)unie pro qua esset ipsa sexta pars pedagij uendita obligata seu alienata ipsum pedagium. siue ius pedagij habere possit illo modo quo haberet ipsum ille cui esset uenditum obligatum seu alienatum siue obligata et alienata ipsa pars et iurisdicio pedagij. Et inde ad consilium Sapientis michi notario plura. Jnstrumenta unius tenoris fieri iussa sunt. Actum est hoc in Baennis in Castro dicti loci. interfuerunt testes rogati. Siulfus carnalia. Oppicio iarrius et dominus bonusuicinus dinda iudex dicti domini episcopi. Et Ego henricus carnalia imperiali Auctoritate notarius interfui et rogatus scripsi;

CCLXVII. [14 gennaio 1280].

de bennis

Venditio iurium

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo lxxx. Jndicione viij^a^. die dominico. xiiij^o^. mensis Januarij. Dominus Bartholomeus cacia filius condam domini Girbaudi Cacie dedit vendidit et traddidit. Jacobo barberio de nouello qui habitat in baennis sextam partem pedagij et ius pedagij siue sexte partis pedagij ville et iurisdicionis Baennarum. precio librarum quinque astensis monete de quo precio bene se tenuit quietum et solutum exceptioni non habite et non numerate pe(c)cunie et non habiti et non recepti precij et specialiter omni legum auxilio omnino Renunciando. de quo pedagio siue de dicta sexta parte pedagij predicti inuestiuit eum in possessionem corporalem uel quasi sua auctoritate ingredi et esse iussit. Tali quidem modo quod dictus

Digitized by Google

Jacobus barberius. et quem habere statuerit dictam sextam partem pedagij habeat percipiat. teneat et quicquid inde uoluerit facere. faciat sine contradicione dicti uenditoris uel alicuius alterius persone. Quod pedagium siue dictam sextam partem pedagij siue ipsum ius pedagij promixit dictus Bartholomeus predicto emptori stipulanti. perpetuo. deffendere legitime auctorizare et disbrigare ab omni persona impediente sub pena dupli dicti precij. Alioquin omnes expensas dampna euictionis et interesse eidem Emptori in totum integre restituere promisit. Credendo ei de dampnis et expensis in eius solo uerbo sine testibus. sacramento et aliqua alia probacione. pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis. obligauit ei pignori omnia sua bona. Preterea Oddo cacia frater dicti Bartholomei. Renunciauit omni suo iuri quod habebat in dicto pedagio. et ipsum ius ipsi Jacobo absoluit et remisit. Et promisit dictam venditionem et omnia suprascripta. perpetuo. firma et rata habere et. tenere et non contrauenire aliqua causa uel ingenio de iure uel de facto. sub obligatione omnium bonorum suorum. Actum est hoc in baennis ante domum henrici de beali. interfuerunt testes rogati. Oddo burrianus. Manfredus gazerus. Michael gazerus et Oddinus. gazerus filius condam Conradi. gazeris. Et Ego henricus carnalia imperiali auctoritate notarius interfui et rogatus scripsi.

CCXLVIII. [3 dicembre 1283].

OBERTUS EPISCOPUS

Fidelitas

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo LXXXIIJ° Jndicione XJ^a^. die veneris tercio mensis decembris. Jn Ciuitate vercellarum in Monasterio sancti Andree. presentibus dominis henrico de cerreto comite palatino de lomello. petro comite de ualperga et bunioto de palacio testibus. Dominus. Guillelmus illustris Marchio. montisferrati promisit michi notario infrascripto uelut publice persone recipienti et stipulanti nomine et a parte venerabilis patris domini. O[berti]. dei gratia Astensis Electi et Ecclesie astensis. quod Bartholomeus et Oddinus filij condam domini Cacie de Baennis uassalli et feudatarij eiusdem domini electi et Ecclesie predicte. fideles erunt dictis domino Electo et Ecclesie astensi et sua in omnibus obseruabunt mandata et si contrafacerent ipsi uel alter ipsorum. promixit michi notario infrascripto. stipulanti et recipienti nomine dicti domini Electi et Ecclesie memorate dare et soluere pro pena. libras quingentas. astenses. obligando proinde pignori omnia sua bona michi notario infrascripto predicto nomine recipienti. et inde hanc iussit fieri cartam. Requirens et cum instancia deprecans ipse dominus Marchio tenore presentis instru-

Digitized by Google

menti. predictum dominum Electum. et vniuersum Capitulum. Ecclesie prelibate necnon vicarium eiusdem domini electi. quatenus uelint dictis Bartholomeo et Oddino restituere feudum integrum quod soliti sunt tenere. ab Ecclesia memorata.

(S. T.) Ego oddinus de bergono. Ciuitatis Palme sacri palacij notarius hanc cartam traddidi et scripsi.

CCLXIX (1). [12 marzo 1289].

Inthimatio seu interrogatio cum responsione

(S. T.) Anno dominj Millesimo ducentesimo. octuagesimonono Jndicione secunda die duodecimo mensis marcij. dominus Guido de placio. vicarius venerabilis patris. omini Oberti dei gracia episcopi astensis nomine dicti domini episcopi citatis coram se. Bartholomeo et oddone cacie eos ex parte dicti (2) domini Episcopi requisiuit si uolebant attendere et obseruare ac ratam et firmam habere obligationem et promissionem factam pro eis uersus dictum dominum Episcopum per Jllustrem dominum guillelmum marchionem Montisferrati. an non. qui responderunt quod uolebant habere consilium super hoc cum domino Machario fratre suo qui erat in baennis. Et inde dictus dominus guido precepit michi guillelmo notario ut facerem publicum instrumentum de predictis. Actum in Baennis. sub porticu ubi ius redditur presentibus testibus. rogatis. Magistro Johanne phisicho. domino Jacobo Archipresbitero. Ecclesie baennarum. et Jacobo de pauarolio. Et Ego Guillelmus de milano imperiali auctoritate notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi. Jbique incontinenti. Eodem die Anno et indicione et presentibus eisdem testibus monuit et requisiuit dictos fratres. si uolebant aliquid facere seu dicere probare uel allegare. super aliquibus condempnacionibus penis aut preceptis que incurrissent debeant facere probare. allegare seu dicere usque ad quintam diem. dicens et protestans quod paratus est eis dari facere omnes scripturas pro exemplo. que ipsi petere uolebant et habere debebant de iure. dum tamen satisfacere uel[*l*]ent notarijs. Et inde precepit michi notario ut facerem publicum instrumentum.

Et Ego Guillelmus de milano imperiali auctoritate notarius interfui et rogatus. hanc cartam scripsi.

CCLXX. [12 marzo 1289].

[Bartholomeus et Oddo Cacie fratres se submittunt Episcopo astensi]

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo octuagesimonono. Jn-

(1) F. 89 *v*. (2) *L. V.*: dicti dicti

Digitized by Google

dicione. secunda die XIJ°. mensis marcij. Bartholomeus et Oddo cacie fratres constituti in presencia venerabilis patris domini Oberti dei gracia Episcopi astensis. interrogati per ipsum. dominum Episcopum. si uolebant attendere et obseruare quamdam promissionem et obligationem factam pro eis per Jllustrem virum dominum. Guillelmum Marchionem montisferrati. uersus dictum dominum Episcopum et se et sua bona obligare ipsi domino Episcopo. sicut in omnibus. dictus dominus Marchio promisit et obligauit se pro eis. Responderunt et dixerunt quod sic uolebant et se et sua bona simili modo obligabant. Et promittebant dicto domino Episcopo attendere et obseruare. Et inde dictus dominus Episcopus precepit michi ut facerem publicum Jnstrumentum et plura. Actum Baennis in Castro extra pusternam. vinearum presentibus testibus rogatis. Magistro Johanne phisico. domino Jacobo de gouono domino Guidone de placio. Magistro philippo de florencia notario. et Ardicione behelecio

Et Ego Guillelmus de Milano Jmperiali auctoritate notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

Jbique incontinenti predicti fratres. Eodem Anno et indicione mense et die proni astantes ante dictum dominum Episcopum. Exposuerunt se mercedi et uoluntati et precepto dicti domini Episcopi in personis. et auere de omnibus excessibus factis per ipsos hinc retro ad suam uoluntatem aliqua occaxione. Et de hoc personas et auere. obligabant dicto domino episcopo ad eius mercedem. Et inde preceptum est michi per ipsum dominum episcopum unum. Jnstrumentum et plura. Actum in eodem loco et presentibus testibus suprascriptis. Et Ego Guillelmus de Milano imperiali auctoritate notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi

Jn nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem. Millesimo CCCLIJ. Jndicione. VJ. die tercio mensis Augusti. Suprascripta Exempla. sumpta. per me Nicolinum de corgnato notarium subscriptum. ex autenticis instrumentis scriptis et. signatis manibus et signis notariorum ut supra in ipsis. subscriptorum. venerabili viro. domino Guillelmo. de bruxatis iuris utriusque perito. Reuerendi patris. domini Baldrachi dei et apostolice sedis gratia Episcopi astensis. vicario generali. insinuata fuerunt et in eius. presencia per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios. diligenter cum ipsis autenticis ascultata. Et cum ipse dominus vicarius. cognouerit (1) ipsa et quodlibet eorum cum autenticis per ordinem concordare ut adhibeatur exemplis. predictis et cuilibet eorum de cetero plena fides. eisdem exemplis et cuilibet eorum suam auctoritatem interposuit et decretum. Actum. in Castro Baennarum. presentibus. Andreono. de sancta uictoria. canonico. sancte marie de uineis in Janua. Georgio dondino de monteuico clerico sancti pauli astensis et Eusebio alamanno. de cherio clerico testibus uocatis et rogatis.

(1) *L. V.*: cognoueris

Digitized by Google

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus Jmperiali Auctoritate notarius. suprascripta exempla siue transcripta vna(a) cum infrascriptis Nicolino de bruxatis de nouaria et Nicolino de corgnato de baennis notarijs Ad autentica instrumenta scripta Manibus notariorum in ipsis descriptorum Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter abscultaui Et quia vtraque concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta vna(a) cum suprascripto guillelmo cuniberto et Jnfrascripto nicolino de corgnato notarijs ad autentica Jnstrumenta scripta manibus notariorum in ipsis descriptorum Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter abscultaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarii mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto Signaui.

(S. T.) Et Ego Nicholinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate. notarius. suprascripta Exempla. siue transcripta ex autenticis instrumentis scriptis manibus notariorum ut supra in ipsis subscriptorum. fideliter. sumpsi. Et postmodum in presencia ipsius domini vicarij cum Guillelmo et Nicolino notarijs antescriptis ad ipsa autentica. diligenter ac fideliter legi et ascultaui. Et quia ipsa exempla. cum autenticis per ordinem concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium. me subscripsi et signum meum apposui consuetum;

CCLXXI (1). [18 ottobre 1276].

Confessio recepte dotis

(S. T.) Cum dominus Guido. de montilio. potestas. Baennarum. voluntate et consensu. tocius consilij et consiliariorum. baennarum et ipsi consiliarij. omnes dedissent et concessissent michi henrico carnalie notario infrascripto licentiam et possibilitatem. faciendi et reficiendi. omnia instrumenta et omnia scripta que in protocollis seu. abreuiamentis condam henrici rogerij. notarij reperiuntur. seu reperiri poterunt ut patet publico Jnstrumento facto manu bonini punge notarij sub Anno domini M°.CC.LXXVIJ. indicione. v. die mercurij VIJ. intrante Julio et cetera (*sic*). Et Ego henricus carnalia imperiali auctoritate notarius in ipsis protocollis. seu abreuiamentis inuenirem unum Jnstrumentum abreuiatum et non cancellatum Jllud abreuiamentum sicut scriptum erat in formam publici. Jnstrumenti reduxi et scripsi. tenor cuius talis est. Anno. domini Millesimo. ducentesimo LXXVJ. Jndicione. IIIJ^a^. die dominico. XVIIJ. mensis octubris. Actum Baennis. Testes dominus

(1) F. 90 *r*.

Digitized by Google

henricus de siulfo. laurencius de gaurena. Lambertus carnalia et Jacobus. cunibertus. Confessus fuit Otto Cacia filius condam domini. Cacie de baennis se dotis nomine. habuisse et recepisse a Jacobo bursa eiusdem loci nomine Beldi filie dicti Jacobi burse et uxoris dicti ottonis cacie. libras Quinquaginta bonorum denariorum. astensium minorum. Renunciando exceptioni non recepte et habite dotis. pro qua. dote dictus otto cacia obligauit predicto iacobo burse nomine dicte filie sue recipienti omnia sua bona mobilia et inmobilia habita et habenda. Eo modo ut dictus. Jacobus bursa nomine dicte filie sue uel dicta filia sua Beldi. predicta bona habeat. teneat et possideat et ex eis quicquid uoluerit faciat iure pignoris dotis et secundum consuetudinem baennarum. sine contradicione ottonis suorumque heredum. Et Ego henricus Carnalia imperiali Auctoritate notarius sic scripsi nichil addito uel diminuto quod mutare possit in aliquo sensum uel significationem prout scriptum inueni;

CCLXXII. [14 gennaio 1280].

[Quitatio dotis Beldi burse uxoris Oddonis cacie de Baennis]

(S. T.) In nomine domini Amen. Anno eiusdem Millesimo ducentesimo. octuagesimo. Jndicione. viij^{a}. die dominico. xiiij^{o}. intrante. Januario. Confessi fuerunt. domini. Bartholomeus. Cacia et oddo cacia filij condam domini Girbaldi cacie quisque eorum in solidum se habuisse et Recepisse. a. Jacobo bursa nomine et vice Beldi filie dicti Jacobi burse et uxoris dicti Oddonis Cacie in dotem et nomine dotis ipsius Beldi. libras quadraginta Astensis bonorum minorum monete. Exceptioni non numerate pec(c)unie et non habite atque non (1) recepte dotis et iuri de pluribus reis debendi et specialiter omni legum auxilio. omnino Renunciando pro qua dote seu pec(c)unie quantitate. obligauerunt predicti Bartholomeus et oddo cacia ipsi. Jacobo burse nomine predicte. filie sue beldi. stipulanti et recipienti omnia et singula eorum bona habita et habenda mobilia et inmobilia. Tali quidem modo. quod dictus Jacobus bursa nomine dicte Beldi uel ipsa Beldi. dicta bona habeat teneat et possideat et quicquid inde uoluerit. facere faciat iure pignoris uel ypoteche usque ad plenam restitutionem. dotis predicte seu pec(c)unie quantitatis Constituens se dicta bona omnia tenere et possidere. nomine dicte beldi donec ipsorum possessionem apremderit (*sic*) corporalem uel. quasi. quam aprehemdere ei liceat impune et apprehensam retinere quandocumque uoluerit sine requisitione alicuius iudicis uel rectoris aut magistratus uel alicuius alterius persone. Quam dotem. seu pec(c)unie quantitatem. promiserunt predicti domini Bartho-

(1) *Lo spaziato è in sopralinea.*

Digitized by Google

lomeus et Oddo cacia predicto Jacobo burse nomine dicte beldi. stipulanti et recipienti. Solempni stipulatione reddere et restituere quandocumque casus uel condicio restituende dotis esset uel extaret. secundum ius dotis et consuetudinem baennarum. Sub Obligatione omnium bonorum suorum. Actum est hoc in Baennis. sub porticu Jacobi barberij interfuerunt testes rogati. Oddo. baroxia. Robaudus troya et dominus Jacobus barberius; Et Ego henricus Carnalia Jmperiali auctoritate notarius interfui et rogatus scripsi;

CCLXXIII. [6 giugno 1287].

Submissio

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. octuagesimoseptimo. Jndicione xv^a^. die ueneris. vj^o^. Jntrante iunio. Jn. Castro episcopali Baennarum inferiorum ubi interfuerunt testes. uocati et rogati. dominus Guido de placio. Manuellus capra de castronouo et Guillelmus de preposito. Bartholomeus cacia promisit et iurauit. domino Bertramo aduocato. de Castroueteri vicario domini. O[berti]. dei. gracia Episcopi astensis. stipulanti nomine ipsius domini episcopi et omnium et singulorum quorum interest. uel intererit parere omnibus mandatis ipsius domini vicarij et soluere totum id in quo de iure fuerit condempnatus. occaxione quia inculpatur. percussisse. Ricardum. de Caramagnola masnengum dicti domini episcopi et Conradum dauitum. decanum baennarum et non obseruasse precepta. sibi facta per dominum Conradum taglaferrum potestatem baennarum. et per Alios ex parte ipsius. potestatis. sed pocius dixisse. eidem potestati uerba contumelie. pudorossa et indecentia et omni alia occaxione. ex predictis emergenti sub obligatione omnium bonorum suorum. Jtem dixit suo sacramento. se quesiuisse legaliter. suo posse securitates quas daret ipsi domino vicario de predictis et nullam inde potuisse reperire. Que bona. proinde dicto domino vicario stipulanti et recipienti predicto nomine pignori obligauit. Et Ego Ardicio bealecius notarius palatinus hijs interfui [*et*] rogatus sic scripsi;

CCLXXIV. [10 marzo 1288].

Sententia prolata virtute dicte submissionis.

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. octuagesimo octauo. Jndicione prima die mercurij. x^o^. inrtante marcio. Jn platea baennarum iuxta Ecclesiam dicti loci ubi interfuerunt testes uocati et rogati. Guillelmus de preposito. facius barberius henricus mora. dominus Martinus de aramengo et iohannes de marcho et oddonus gazarus. dominus Petrus. Calcagnus potestas baennarum precepit michi Ardicioni bealecio

Digitized by Google

notario infrascripto in presencia. dictorum testium ex parte venerabilis. patris domini. O[berti]. dei gracia Episcopi. Astensis. ut legerem et publicarem. oddoni cacie et Bartholomeo. fratri suo ibi presentibus. quasdam sentencias condempnationes. seu scripturas scriptas in quodam papiro. sigillatas. sigillo secreto. dicti domini. episcopi. Quarum tenor talis est. Jn nomine domini Amen. Cum oddo. cacia posuerit se liberaliter. in mercede et uoluntate. domini. O[berti]. dei gracia Episcopi Astensis. de omnibus offensionibus et preceptis non obseruatis. sibi factis ex parte dicti domini episcopi. per nuncios ipsius siue per se ipsum. et eciam de feudis si qua feuda cepisset. Et generaliter et singulariter de omnibus et singulis. que fecit ab eo tempore citra quo dictus dominus episcopus restituit eum usque ad diem quo se posuit in dicta mercede et hoc sub pena librarum. Centum. Astensium. et dictus dominus episcopus inuenerit quod ipse oddo. fuit actor. cuiusdam. rixe (habite) hoc Anno proxime preterito. habite et facte inter vergilium gaudencium ex una parte et Anselmum aragnum ex altera sicut legitime probatum est contra ipsum. Et eciam inuenerit quod plura precepta fuerunt sibi facta. ut expediret sibi uel nuncijs suis. domum. de platea condam Jacobi de gorçelio infra certos terminos. sibi assignatos vnum quorum. fuit de libris. L. aliud uero. de libris. X. Et eciam inuenerit quod acceperat. a Maçono quamdam decimam que pertinebat ad ipsum dominum episcopum. fraudolenter et maliciose et plura alia que ipse oddo fecit et dixit. Jdcirco. dictus dominus episcopus uisis omnibus supradictis et diligenter examinatis et habita super hijs diligenti deliberacione et tractatu et data ei def(f)ensione super predictis (1) et etiam assignatis sibi terminis. ad allegandum et proponendum quicquid uellet et nichil inde fecit. mitigata pena de benignitate ipsius domini episcopi uult et placet sibi habendo inde bonam mercedem quod dictus Oddo. hinc ad unum mensem proxime uenturum. sibi uel suo nuncio det et soluat occaxionibus supradictis. libras Quinquaginta astensium. Et hoc sub pena supradicta librarum Centum astensium. §. Quoniam. Bartholomeus Cacia dicitur et inculpatur. Cepisse dominum Bonifacium arduinum de Cuneo. eundo ad rocham vbaldorum. uersus Morocium et ipsum in carceribus detinuisse et hoc sit legitime inuentum. tam per confessionem ipsius. Bartholomei quam per alias probaciones. et eciam fuerit confessus. se habuisse ab eodem libras. XLV. astensium uel circa. Et eciam fuerit inculpatus ipsum percussisse Ricardum (2) Masnengum domini Episcopi et eciam fuerit inuentum ipsum Bartholomeum non obseruasse. plura precepta. sibi facta per

(1) *Segue espunto:* et nullam fecit. (2) F. 90 *v*.

Digitized by Google

Conradum taliaferrum potestatem baennarum tunc. unum quorum fuit de libris. xxv. astensium. secundum de. L. tercium. de Centum.. quartum de ducentis. et quintum de xxv.. sed quod deterius. fuit. multa uerba iniuriosa. et indecentia dixit eidem potestati quando sibi faciebat dicta precepta. tamquam nuncius dicti domini episcopi et eciam inuentum est contra ipsum quod percussit. Conradum dauitum decanum baennarum pro ipso domino episcopo que omnia fecit in opprobrium dicti domini episcopi et suorum nunciorum. sicut hec omnia probata sunt legitime. tam per testes quam. per confessionem dicti Bartholomei. et datis sibi inde. de omnibus supradictis. deffensionibus et nullas inde fecit sed de omnibus supradictis ad uoluntatem et mercedem domini. B[e r t r a m i] aduocati vicarij generalis tocius terre Ecclesie Astensis pro ipso domino Episcopo [*se remisit*] et promisit atque iurauit attendere et (o b) dare et soluere id quod esset de uoluntate et mercede dicti domini vicarij nomine ipsius domini Episcopi sub obligacione omnium bonorum suorum. vnde dictus dominus episcopus uisis omnibus supradictis et diligenter examinatis et habita super hijs diligenti deliberatione et tractatu. per bonam mercedem. dixit et dicit mitigatis omnibus penis et redactis omnibus simul quod dictus Bartholomeus. occaxion[i b u s] predictis. hinc ad unum mensem proxime uenturum det et soluat. domino episcopo uel suo certo nuncio. libras Septuaginta astensium. Et hoc precipiatur sibi sub prestito iuramento et sub. pena omnium bonorum suorum. quod hoc obseruet. Quibus condempnacionibus. sentencijs seu. scripturis. lectis et publicatis. per me notarium infrascriptum. dictis oddoni et Bartholomeo.. cacijs. de mandato ipsius domini potestatis. ibidem coram dictis testibus Jdem. dominus potestas ex parte dicti domini episcopi exequendo mandatum eiusdem precepit dictis Bartholomeo et oddoni cacijs ibidem incontinenti. quod sub penis predictis. sibi appositis. per dictum dominum Episcopum et predicto termino sibi dato. soluant et dent. dictas quantitates pec(c)unie. secundum quod in dictis sentencijs uel condempnationibus. continetur. Et inde michi notario iussit fieri publicum. Jnstrumentum. unum uel plura ad consilium sapientis. Et Ego. Ardicio bealecius notarius palatinus predictis omnibus et singulis interfui et rogatus de mandato. dicti domini potestatis. sic scripsi et dictas scripturas exemplaui. nichil addito uel diminuto quod substanciam rei uel significationem inmutet;

CCLXXV. [1 gennaio 1288].

Jnthimatio

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimooctauo. Jndicione prima die primo Januarij. Baennis sub porticu racionis ubi in-

Digitized by Google

terfuerunt testes uocati et rogati. Bartholomeus cognus. Minus niger. Jacobus barberius et franciscus barberius. dominus Conradus taliaferrus potestas Baennarum precepit domino Oddoni cacie ex parte venerabilis patris domini. O[berti]. dei gracia Episcopi astensis quod ipse oddo expediat Et expeditam relaxet ipsi domino episcopo domum in qua moratur ipse Oddo que iacet in uilla Baennarum iuxta. plateam. Cui choeret. Guillelmus gallarinus peoloti et uia publica a duabus partibus usque ad diem dominicam proxime uenturam sub pena librarum. quinquaginta Astensium et inde michi notario iussit fieri publicum instrumentum. Et Ego. Ardicio bealecius notarius palatinus hijs interfui [*et*] rogatus sic scripsi;

CCLXXVI. [30 dicembre 1290].

Mandatum

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo. Jndicione tercia die Sabati penultimo decembris. Jn Castro baennarum ubi interfuerunt testes uocati et rogati dominus Johannes turchus iudex de Clarasco dominus Martinus de aramengo et iordanus. uagnonus de trofarello.. Dominus Obertus dei gracia episcopus Astensis. fecit constituit et ordinauit. dominum Obertum scotam presentem suum certum nuncium et procuratorem ad precipiendum mandandum et denunciandum. Bartholomeo et oddoni cacie sub pena librarum. Quingentarum astensium. nomine et ex parte ipsius domini Episcopi et pro ipso domino. Episcopo quod ipsi uel alter ipsorum non debeant offendere nec offendi facere in Auere seu rebus uel personis. aliquem hominem astensis Ecclesie. siue episcopatus Astensis seu iurisdicionis ipsius domini Episcopi. siue sit de Baennis siue de sancto albano siue de alio quocumque loco iurisdicionis ipsius domini episcopi. Et quod in hoc (dictum) suum debeant obseruare mandatum Jtem ad precipiendum eisdem sub eadem pena quod ipsi et uterque ipsorum debeant satisdare de obseruando mandato predicto ad terminum unum sibi assignandum per dictum procuratorem suum. Committendo eidem procuratori suo in predictis et quolibet predictorum totaliter uices suas Et inde michi notario iussit fieri publicum Jnstrumentum. Et Ego Ardicio bealecius notarius palatinus. hijs interfui [*et*] rogatus sic scripsi.

CCLXXVII. [30 dicembre 1290].

Jnhibitio de non offendendo

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo nonagesimo. Jndicione IIIJ^a^. die Sabati penultimo decembris. Baennis ubi ius redditur. presentibus Bartholomeo cogno. henrico mora. domino Rodulfo canonico baen-

Digitized by Google

narum et vifredo. balbo domicello domini astensis episcopi. dominus obertus scota procurator domini O[berti]. dei gracia Episcopi astensis. ad infrascripta legitime constitutus ut continetur in publico instrumento facto per me eundem notarium hoc eodem Anno eadem indicione et die. precepit. denunciauit et mandauit procuratorio nomine ipsius domini Episcopi. Bartholomeo et Oddoni Cacie quod ipsi nec aliquis ipsorum. sub pena librarum Quingentarum astensium non debeant offendere aliquem hominem astensis Ecclesie siue episcopatus Astensis siue sit de baennis siue de sancto albano. siue de alio quocumque loco iurisdicionis ipsius domini episcopi nec offendi facere uel consentire. quod offendatur in auere rebus uel personis. Jtem quod ipsi et uterque ipsorum usque cras per totam diem debeant satisdare de non offendendo aliquam. personam de predictis. sub eadem pena. Quod preceptum dictus dominus Episcopus. fieri et mandari uoluit per dictum dominum Obertum prout dicebat dictus dominus obertus. tam ex uigore et potestate iurisdicionis sue quam ex forma promissionis quam dicti Bartholomeus et oddo fecerunt dicto domino episcopo quod erunt fideles. dicto domino episcopo et Ecclesie astensi et quod mandata ipsius domini obseruabunt. sub pena librarum Quingentarum astensium. de qua promissione dicebat dictus procurator apparere per publicum Jnstrumentum. factum per guillelmum de milano notarium de cremona. §. Jbidem et eodem loco et eisdem testibus presentibus. Conradus dauitus nuncius et decanus Curie baennarum precepto et mandato ipsius domini episcopi et ex parte ipsius domini episcopi precepit dictis Bartolomeo et oddoni Cacie et denunciauit ut superius per omnia et singula continetur. Et Ego Ardicio bealecius notarius palatinus hijs interfui [*et*] rogatus sic scripsi.

CCLXXVIII. [6 gennaio 1291].

Preceptum

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimoprimo. Jndicione IIIJ^a^. die. VJ. Januarij Jn Castro baennarum. presentibus domino Guidone de placio. Jacobo barberio. Bertholino cogno et guillelmo cuniberto testibus uocatis et rogatis. Venerabilis pater dominus Obertus dei gracia Episcopus Astensis precepit oddoni cacie ibidem presenti quod ipse det ipsi domino episcopo decimam de bonis suis. Jtem quod expediat et relaxet ipsi domino Episcopo domum que fuit. domine payrone in qua nunc moratur ipse oddo et quamdam aliam domunculam. Et eciam terras que fuerunt Blaue condam uxoris. Jacobi de gorçelio quas ipse oddo tenet. Et eciam quamdam aliam terram quam ipse acquisiuit ab vberto spata que terra iacet in brayda. sancti Georgij.

Digitized by Google

Cum dicat idem dominus Episcopus. dictam decimam cum domibus et rebus predictis ad se et astensem Ecclesiam de iure pertinere. Et Ego Ardicio bealecius notarius palatinus hijs interfui [*et*] rogatus sic scripsi.

CCLXXIX. [6 gennaio 1291].

[Declaratio facta ab Oddone Cacia].

(S. T). Anno domini Millesimo Ducentesimo nonagesimoprimo. Jndicione IIIJ^a^. die. VJ. intrante ianuario Jn Castro Baennarum. presentibus domino Guidone de placio. Jacobo barberio Bartholino cogno et Guillelmo cuniberto. testibus uocatis et rogatis. Cum venerabilis pater. dominus obertus dei gracia Episcopus Astensis diceret quod oddo cacia diffidauerat Thomaos de sancto Albano et homines de baennis qui fecerant securitates ipsorum Et quod imo petebat sibi dare securitatem ab ipso oddone de non offendendo. dictus oddo cacia ibidem et incontinenti dixit et respondit quod non difidauerat predictos Thomaos. sed tantum illos de baennis qui erant securitates ipsorum quia nolebat ipsos esse securitates ipsorum propter periculum quod eisdem inde poterat eminere. Et Ego Ardicio bealecius Notarius palatinus hijs interfui [*et*] rogatus sic scripsi.

CCLXXX (1). [16 gennaio 1286 e 3 gennaio 1291].

Venditio sediminis

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimoprimo Jndicione IIIJ^a^. die tercio Januarij. Jn Castro Baennarum. presentibus testibus rogatis et uocatis. henrico Carnalia. Mino nigro et Anselmo Araneo de baennis. venerabilis pater. dominus obertus. dei gracia Episcopus Astensis precepit michi Conrado Notario infrascripto quatenus autenticarem et in formam publici reddigerem. Jstrumenti ad eternam rei memoriam quoddam. Jnstrumentum. Cuius tenor talis est. Anno domini Millesimo. ducentesimo. LXXXVJ. Jndicione XIIIJ^a^. die mercurij XVJ. intrantis Januarij. dominus Oddo cacia uendidit dedit et traddidit Jacobo dolio pro se suisque. heredibus. peciam unam sediminis. s(c)itam in uilla baennarum. in quarterio. sancti iuuenalis. Cui choeret Manzanus aurícula Guillelmus gossermus. et uia publica a duabus partibus. precio librarum. XX^ti^. bonorum astensium minorum monete. de quo precio dictus dominus Oddo. se tenuit quietum et integre satisfactum. Renunciando exceptioni non numerate pec(c)unie seu non recepti et

(1) F. 91 *r*. (2) *Lo spaziato è in sopralinea.*

Digitized by Google

habiti precij. speique future numerationis. et exceptioni doli in factum conditioni sine causa et specialiter omni legum auxilio et ita inuestiuit predictum Jacobum. de predicta pecia sediminis in possessionem corporalem uel quasi sua auctoritate ingredi iussit et esse uoluit. tali modo quod predictus Jacobus et eius heredes. et cui dederit uel uendiderit seu quem. habere statuerit. dictam peciam sediminis. habeant teneant et possideant et ex (2) ea quicquid uoluerint inde facere faciant. iuris proprij sine contradicione dicti domini oddonis et suorum heredum et ita promisit. eidem Jacobo suisque heredibus legiptime dictam peciam sediminis ab omni persona impediente def(f)endere. et expedire et auctorizare. cum racione sub pena dupli. habita racione melioracionis. que pro tempore fuerit. quod si def(f)endere noluerit uel non potuerit. seu quouis. ingenio subtrahere quesierit. tunc omne dampnum. et expensas euictionis et interesse ei contingens uel suis heredibus totum integre restituere promixit. Credendo sibi de dampnis et expensis et interesse in eius solo uerbo sine testibus et sacramento et aliqua alia probacione. Et pro hijs omnibus et singulis firmiter attendendis et obseruandis obligauit ipsi iacobo omnia et singula. sua bona. Jtem promixit et conuenit predicto Jacobo suisque heredibus predictam vendicionem et omnia et singula suprascripta. habere rata et firma et nullo tempore contrauenire Et quod ipsam vendicionem. et omnia supradicta faciet et curabit suo posse quod eius frater. Bartholomeus. ratificabit et confirmabit et quod habebit ratam et firmam et nullo tempore contraueniet uel faciet in aliquo. si de iure contrauenire posset. et inde obligauit ipsi Jacobo predicto omnia sua bona. Et inde preceperunt michi notario infrascripto. istud Jnstrumentum fieri (instrumentum) ad consilium unius uel plurium sapientum. Actum est hoc baennis in ecclesia dicti loci ubi fuerunt testes rogati Minus niger Johannes gazarus et Jacobus cui dicitur. prepositus. Et Ego henricus mora notarius sacri palacij hijs interfui et rogatus hanc cartam sic scripsi. Et Ego Conradus garsia notarius palatinus de mandato dicti domini episcopi. sic autenticaui et hanc cartam sic scripsi.

CCLXXXIX. [22 gennaio 1291].

Sententia criminalis

STULTITIA

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo. Nonagesimo primo. Jndicione IIIIa. die lune XXIIJo Januarij Jn Castro episcopali Baennarum inferiorum ubi interfuerunt testes uocati et rogati dominus Guillelmus berrus prepositus de maxio dominus Ansermus de nigella. Guil-

Digitized by Google

lelmus prepositus. Guillelmus cunibertus. Guillelmus spata. et henricus mora. Cum venerabilis. pater dominus Obertus dei gracia Episcopus Astensis. tulerit quasdam sentencias seu quasdam condempnationes. fecerit contra Bartholomeum et Oddonem caciam fratres de baennis ut inferius continetur. Primo quia predicti fratres. dederunt op(p)eram cum quibusdam. ipsorum sequacibus quod Castrum et villa baennarum prodicionaliter Amitteretur cuius prodicionis occaxione eorum bona fuerunt publicata per sentenciam et condempnacionem reseruato in ipsa condempnacione. quod si ipsi Bartholomeus et oddo absentes tunc temporis ullo tempore haberi possent. puniri deberent iuxta formam iuris et ordinamentorum baennarum. de scelere supradicto. dictus dominus Episcopus condempnauerit ipsos fratres ad perpetuum carcerem Jtem quia idem fratres debuerunt consentire morti. petri filij condam vifredi buxie. Et. dictus Oddo debuit eciam consentire morti Bonini punge et committere adulterium cum Martina uxore condam Jacobi dolij. pro dolore cuius adulterij idem Jacobus se suspendit. Jtem quia dicti fratres non soluerunt quasquam quantitates pec(c)unie in quibus alias condempnati [*fuerunt*] per ipsum dominum Episcopum. siue de mandato ipsius ut patet per publica Jnstrumenta. inde facta condempnauerit dictum Oddonem quia non soluit quantitatem in qua alias condempnatus fuit in libris. Centum dandis et soluendis. deinde ad. x. dies. sub pena quarti et quod soluat primam condempnacionem seu quantitatem in qua condempnatus fuit usque ad dictum terminum sub pena et banno librarum xxv. Jtem condempnauerit dictum Bartholomeum quia non soluit suam condempnationem ad terminum sibi datum et propter. alia que commis(s)it in amissione feudi quod tenet a dicto domino Episcopo et ab Ecclesia astensi. Jtem quod sub eadem pena debeat soluere quantitatem contentam in dicta condempnacione. Jtem occaxione predictorum homicidiorum condempnauerit dictum Oddonem. caciam in libris Quingentis astensium. dandis et soluendis. deinde ad unum mensem sub pena quarti Jtem quia dicti Oddo et Bartholomeus non obseruauerunt plura precepta sibi facta per eumdem dominum Episcopum condempnauerit ipsos et utrumque ipsorum in libris. Quingentis astensium. Jtem propter adulterium predictum commissum per dictum oddonem cum dicta martina condempnauerit ipsum oddonem et propter mortem ipsius iacobi dolij. ad perpetuum carcerem et quod bona ipsius. sint perpetualiter publicata. Jtem quia occupauerunt et tenuerunt et tenent feudum. et decimam et plura alia que pertinent et pertinere debent ad ecclesiam Astensem contra ius et constitutiones Archiepiscoporum et Episcoporum propter que sunt excomunicati et feudo priuati per predictas constitutiones. denuncia-

Digitized by Google

uerit ipsos Auctoritate. ipsarum constitutionum excomunicatos et feudo priuatos quod tenent ab Ecclesia astensi. sicut de predictis. omnibus consta(n)t per publicum Jnstrumentum factum per guillelmum de Milano notarium de Cremona hoc eodem Anno eadem Jndicione die XIIJ. mensis Januarij. Ecce prenominatus. dominus Episcopus inclinatus precibus et requisitioni comunis et hominum baennarum et dictorum Bartholomei et oddonis uoluit iussit et mandauit in presencia mei notarij et dictorum testium quod dicte condempnaciones et sentencie late contra dictos Bartholomeum. et oddonem Caciam fratres occaxione prodicionis ville et Castri Baennarum et occaxione homicidiorum. dictorum bonini punghe. petri buxie et Jacobi dolij. et occaxione dicti adulterij quod commisit dictus oddo cum dicta Martina pro non latis et factis habeantur. ita tamen quod omnes processus ex quibus dicte condempnaciones. secute sunt nichilominus permaneant in eo statu et robore in quo erant antequam. dicte sentencie seu condempnaciones fierent uel proferentur. Executionem autem aliarum condempnationum predictarum factarum contra predictos fratres. Jdem dominus Episcopus in presencia et de consensu. ipsorum Bartholomei et oddonis. suspendit usque ad beneplacitum ipsius domini Episcopi. Qui quidem dominus Episcopus ibidem dixit quod non erat sue intentionis dictas sentencias seu condempnationes. suspensas mandare executioni. dum dicti fratres. Bartholomeus et oddo cacia obediuerint et paruerint. omnibus mandatis et preceptis dicti domini Episcopi Et inde michi notario plura Jnstrumenta eiusdem tenoris. iussa sunt fieri. Et Ego Ardicio bealecius notarius palatinus hijs interfui [*et*] rogatus. sic pro domino Episcopo predicto scripsi.

CCLXXXII. [30 gennaio 1291].

Sententia alia

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo nonagesimoprimo. Jndicione IIIJ^a^. die martis penultima Januarij. in Ecclesia Baennarum ubi interfuerunt testes uocati et rogati. dominus obertus morutus potestas baennarum et presbiter Galuagnus valbella. dominus Guillelmus berrus. prepositus maxij. vicarius. domini. O[berti] dei gracia Episcopi Astensis. denunciauit et precepit ex parte et nomine et uice dicti domini Episcopi Oddoni cacie quod cum ipse Oddo per constitutiones archiepiscoporum et Episcoporum sit excomunicatus eo quod detinet indebite decimam. feuda et res alias ad ipsum dominum episcopum et Astensem Ecclesiam. pertine[*n*]tes. qua occaxione denunciatus fuit [*et*] excomunicatus ipse oddo per eumdem dominum Episcopum. sicut continetur in publico Jnstrumento. facto per Guillelmum de milano notarium

Digitized by Google

hoc eodem. Anno. Eadem Jndicione die sabati XIIJ Januarij et çetera ipse oddo desistat omnino se ulterius diuinis immiscere officijs. Jtem precepit et denunciauit eodem modo dictus dominus vicarius. predicto nomine dicto oddoni cacia. ut precepta sibi facta per eumdem dominum Episcopum et per alium ex parte ipsius debeat obseruare et facere que continentur in ipsis de quibus preceptis constat per publica Jnstrumenta. facta per me eumdem notarium. Et Ego Ardicio bealecius. notarius palatinus. hijs interfui [*et*] rogatus sic scripsi.

CCLXXXIII (1). [9 e 16 ottobre 1291].

Relatio.

(S. T.) Anno domini Millesimo ducentesimo. Nonagesimoprimo. Jndicione. IIIJ^a^. die martis. XVJ. mensis octubris. Jn presencia testium infrascriptorum Gallus Clericus de gouono. nuncius in hac parte. Religiosi viri. domini fratris Oberti. Abbatis monasterij sancti. Jacobi vallis umbrose. diocesis astensis. subdelegatus. venerabilis. patris. domini. B[onifacii]. dei gracia Episcopi Albensis. domini. pape. delegati. Jurauit et Juramento suo. Retulit Coram dicto domino Abbate. et me notario infrascripto. et testibus infrascriptis. se die veneris proxime preteriti presentasse et dedisse personaliter Oddino cacie de baennis et ad domum. Bartholomei fratris eius. qui Bartholomeus. requisitus per ipsum nuncium non potuit inueniri ut dictus nuncius asserebat. ex parte ipsius domini Abbatis. literas sigillo ipsius domini Abbatis sigillatas. Quarum tenor talis est frater Obertus Abbas Monasterij sancti Jacobi. vallisvmbrose Astensis diocesis. subdelegatus Reuerendi patris domini B[onifacii] dei gracia Episcopi Albensis. domini. pape. delegati. Discretis viris. Oddoni et Bartholomeo. de Cacijs Astensis diocesis. deum diligere et timere. Cum alias. ad instanciam. Reuerendi patris domini. O[berti]. dei gracia Episcopi Astensis. uel eius procuratoris pro eo citati fueritis. coram nobis et procuratori uestro fuerit certus terminus assignatus. ad respondendum dicto domino episcopo uel eius procuratori pro eo de iusticia super omnibus bonis immobilibus que tenetis. in districtu Baennarum. (Et) que bona dictus dominus Episcopus. tamquam ad mensam Episcopalem suam spectancia. [*et*] ad ecclesiam astensem ex iure (2) et proprietate ipsius tamquam illicite alienata et distracta intendit facere reuocari et a uobis. auctoritate predicta nobis commissa intendit petere et petit coram nobis in quo termino non comparuistis. nec aliquis pro uobis ydoneus responsalis. dicto domino Epi-

(1) F. 91 *v*. (2) *L. V.*: et ius (3) *L. V.*: et (4) *L. V.*: quilibet

Digitized by Google

scopo per procuratorem legitimum comparente et uestram contumaciam accusante. Nos iterato ex habundanti. auctoritate nobis in hac parte commissa uobis et quilibet uestrum. (te) precipimus et mandamus. quatenus super predictis bonis que ut predictum est dictus dominus episcopus. nomine astensis Ecclesie. intendit a uobis petere et ex nunc. petit et ea facere intendit. ad uos ex (3) proprietate dicte Ecclesie Astensis tamquam. illicite alienata. in ipsius. Ecclesie preiudicium. legitime reuocari. studeatis amicabiliter conuenire. Alioquin decima die non feriata post presentationem presencium uobis uel apud domicilia uestra factam compareatis in Claustro dicti monasterij perhemptorie coram nobis. per uos uel per procuratorem legitimum predicto. domino Episcopo uel eius procuratori nomine ipsius. Astensis Ecclesie super predictis de iusticia responsuri. quem terminum vnum pro tribus uobis et cuilibet (4) uestrum perhemptorie assignamus ut parcamus parcium. laboribus et expensis. Alioquin contra uos et in predictis quantum de iure poterimus procedemus uobis ulterius non citatis. Et de presentatione presencium fidem dabimus latori earum cum Juramento quem ad hoc facimus nostrum nuncium. specialem. Jn cuius rei testimonium. presentibus literis sigillum nostrum. duximus Apponendum. Datum apud Monasterium. die nono intrante octubri. M°CC°-LXXXXJ. Jndicione IIIJ^a^. Actum in Monasterio predicto testes interfuerunt. frater Richinus. frater. Jacobus confalonerius.

Et Ego Andreas faber. notarius palatinus interfui et sic scripsi.

CCLXXXIV. [20 luglio 1292].

Relaxus

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo nonagesimosecundo. Jndicione. v^a^. die. xx. Julij. § Dominus Jacobus bolla vicarius Reuerendi. patris domini Oberti dei gracia episcopi astensis. nomine ipsius domini episcopi. dixit et denunciauit. Bartholomeo et oddoni cacijs presentibus et audientibus quod ipse et quilibet ipsorum. hinc ad diem martis proxime uenturum. debeant expedisse dimisisse et relaxasse et expeditos dimittere prexonerios. siue Carceratos. omnes qui sunt homines dicti domini Episcopi et Ecclesie astensis et subditi ipsius. domini episcopi qui detinentur. per ipsos uel occaxione ipsorum in carceribus in bonouicino uel alibi. Jtem quod expediant et expedire debeant seu expediri faciant et expedita dimittant omnia ea et singula que ipsi uendiderunt et de quibus venditionem fecerunt. predicto domino episcopo. tam ab eorum uxoribus. quam ab aliquibus alijs personis que in ipsis rebus uel possessionibus. aliquod ius haberent aliqua occaxione uel quibus ipse res aliqua occaxione obligate essent. Et si predicta non fecerint

Digitized by Google

et non obseruauerint. tam ipse dominus Episcopus. quam ipse vicarius nomine ipsius. dicerent quod ipsi non obseruassent ea que obseruare tenentur. et quod uenissent contra pacta et conuentiones inter eos facta et factas et habita et habitas. Et quod a dicto termino in antea per terram ipsius domini Episcopi nec in terram ipsius. si predicta non obseruauerint infra predictum terminum. uenire non debeant nec reddire. nec eciam conuersari. Et aliter prefatus dominus Episcopus. contra ipsos et quemlibet ipsorum. procederet in quantum de Jure deberet. Et inde cartam fieri precepit Hoc Actum est Baennis ubi testes fuerunt. uocati et rogati Siulfus. Cortesius. Guillelmus spata et Guillelmus de preposito. Et Ego Conradus garsia notarius palatinus. hijs interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

Jn nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo. CCCLIIJ. Jndicione VJ. die tercio augusti Suprascripta. Exempla. per me Nicolinum de corgnato subscriptum notarium sumpta ex Autenticis instrumentis scriptis manibus et signatis signis notariorum ut supra subscriptorum.. venerabili. viro. domino guillelmo de bruxatis iuris utriusque. perito ac Reuerendi in xpisto patris domini. Baldrachi dei et apostolice sedis gracia episcopi astensis insinuata fuerunt. et in eius presencia. per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios. diligenter. cum ipsis autenticis ascultata. Et cum ipse dominus vicarius cognouerit ipsa et quodlibet eorum cum autenticis per ordinem concordare ut adhibeatur. exemplis predictis de cetero plena fides. suam et episcopalem astensem. auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum. presentibus. Andreono de sancta uictoria. canonico. Sancte Marie. de vineis in Janua. Georgio dondino de monteuico clerico. sancti pauli astensis. et Eusebio alamanno. de cherio. clerico. testibus uocatis et rogatis ;

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta vna(a) cum infrascriptis Nicolino de bruxatis de nouaria et Nicolino de corgnato de baennis notarijs ad autentica instrumenta scripta manibus notariorum in ipsis descriptorum. coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter absculta ui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signc meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue tras(s)cripta vna(a) cum Guillelmo cuniberto suprascripto et cum Jnfrascripto nicolino de corgnato notarijs ad autentica instrumenta scripta manibus notariorium in ipsis scriptorum Coram ipso domino Vicario inspiciente diligenter ac fideliter absculta ui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et (1) plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto Aposui.

(1) *L. V.*: et et

Digitized by Google

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus. Jmperiali Auctoritate notarius Exempla suprascripta. ex autenticis instrumentis scriptis. manibus notariorum ut supra in ipsis subscriptorum. fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia eiusdem. domini vicarij inspicientis. cum guillelmo et Nicolino notarijs suprascriptis diligenter ad ipsa autentica ascultaui. Et quia utraque. concordare inueni. de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi. et signum meum apposui consuetum.

CCLXXXV (1). [14 luglio 1292].

de baenis

Venditio iurium Baennarum.

(S. T.) Anno. domini. Millesimo. ducentesimo. Nonagesimosecundo. Jndicione quinta. die lune quartodecimo. Julij. Bartholomeus et Oddo Cacia fratres. de baennis fecerunt vendicionem. et datum nomine venditionis. libere et pure. venerabili patri. domino Oberto dei gracia Episcopo Astensi. recipienti suo nomine et Astensis. Ecclesie. de omni eo toto quod habent in Castro. villa et territorio. et districtu Baennarum inferiorum. in dominio iurisdicione segnoria. Contitu et omnibus. pertinentibus ad dominium. segnoriam iurisdicionem et. Contitum. eciam in terris. possessionibus cultis et incultis. pratis. vineis. nemoribus. rippis. ripaticis. aqueductibus. domibus sediminibus. furnis. bannis. successionibus. hominibus. aconzamentis. decimis. fictis. drictis. aquaticis pasquaticis et omnibus alijs ad dictos fratres in (2) predictis omnibus. quocumque modo pertinentibus. in Castro villa territorio et districtu baennarum. nichil in se retinendo. in predicto castro villa territorio. et districtu Baennarum. Precio librarum. Mille. Astensium minorum. Quod precium siue quam pec(c)uniam dicti fratres fuerunt Confessi et contenti. se habuisse et recepisse. a predicto domino Episcopo. Renunciando exceptioni non dati et soluti precij. et non date et non numerate pec(c)unie. doli mali et in factum et sine causa. et ex iniusta causa. et ne possent dicere se fore deceptos ultra dimidium iusti precij. Et omni alij exceptioni et iuri quo et qua possent aliquo modo uel ingenio uenire contra predicta uel aliquod predictorum nec contra predictam confessionem et renunciationem. suam Jta quod dehinc in antea. dictus dominus Episcopus. et Ecclesia astensis habeat teneat et possideat pacifice et quiete omnia et singula supradicta una. cum accessione et ingressu sine omni sua suorumque heredum aut alterius persone contradicione Et per hanc venditionem dicti fratres. dederunt cesserunt et mandauerunt. dicto domino episcopo eodem modo et nomine stipulanti omnia iura omnesque acciones et raciones que

(1) F. 92 *r*. (2) *L. V.*: et

Digitized by Google

et quas habebant et Sibi aliquo modo competebant et competitura erant in predictis et quolibet predictorum et circa predicta tam in rem quam in personam eorum nomine et occaxione. contra quascumque personas. et. contra possessores dictarum rerum et iurium uenditarum et uenditorum. eciam in agendo petendo exigendo transigendo compensando. [*et*] in omnibus et per omnia posuerunt eum in suum locum et fecerunt ipsum procuratorem ut in rem suam. et constituerunt. se possessores. uel quasi pro eo. donec corporalem possessionem uel quasi adeptus fuerit. de omnibus et singulis. supradictis quam liceat dicto domino episcopo aprehemdere (*sic*) et intrare quandocumque de sua processerit uoluntate. et aprehemsam detinere sine licentia alicuius iudicis uel magistratus. Et promiserunt eciam dicti fratres in solidum eidem domino episcopo. dicto nomine. stipulanti. predictam vendicionem siue omnia et singula in hac vendicione comprehensa ab omni persona cum racione def(f)endere et expedire eorum proprijs expensis. quod si def(f)endere nollent aut non possent uel quouis ingenio se subtraherent uel si appareret ullum datum aut factum quod ipsi fratres in alia parte dedissent. predicta uendita. tunc promiserunt predictam venditionem. siue illud quod euinceretur in duplum componere sicuti meliorata fuerint. aut plus ualuerint. sub extimatione in consimili loco. siue locis. Et pro hijs omnibus et singulis attendendis et obseruandis. dicti fratres. obligauerunt pignori. dicto domino episcopo. predicto nomine. omnia eorum bona. presencia et futura. siue habita et habenda. Actum Baennis in Castro episcopali presentibus testibus rogatis. domino Arnaldo de platea. preposito astensi. domino vberto de Corsembraldo canonico. Astensi. domino Guillelmo preposito Maxij. domino Pacellino de drua. domino Sismondo mazocho et domino vberto de Gouono. Et Ego Guillelmus de Milano Jmperiali auctoritate notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi ;

CCLXXXVI. [1 dicembre 1292].

Quitatio.

(S. T.) Anno domini. Millesimo ducentesimo nonagesimosecundo Jndicione quinta die primo mensis decembris. Actum in burgo doliani in domo in qua moratur. Bartholomeus cacia presentibus. Jacobo gramatico. Guillelmo de nicoleta henrico de monteforti. testibus uocatis et rogatis. Linor uxor Bartholomei cacie predicti consensu et uoluntate dicti Bartholomei ibi presentis et consencientis. fecit pacem. finem et refutationem et omnimodam absolutionem michi notario infrascripto. recipienti uice et nomine domini. O[berti]. Episcopi astensis. Ecclesie et Capituli astensis de omni eo quod ipsa petere posset. occaxione

Digitized by Google

sue dotis in bonis et rebus. quas habebant. oddo cacia et Bartholomeus. eius frater in baennis. et posse. promittendo dicta Linor. dicte paci fini et refutationi non contrafacere uel uenire sub ypotheca rerum suarum. Renunciando omni et singulo legum auxilio. quo se tueri posset. Et si aliqua persona teneretur dictis oddino et Bertholomeo. quod sint sub eadem. absolutione et pace. Renunciando omni legum auxilio quo se tueri posset. Et Ego facietus de quiliano notarius hijs interfui rogatus. [*et*] hanc cartam scripsi.

CCLXXXVII. [13 gennaio 1292].

in loco de benis

OBERTUS EPISCOPUS ASTENSIS

Venditio iurium vinee.

(S. T.) ANNO domini. Millesimo ducentesimo. Nonagesimosecundo. Jndicione quinta. die lune XIIJ°. Januarij. Jacobus barberius de nouello qui habitat in baennis. titulo venditionis. precio librarum. triginta. astensium de quo precio bene se tenuit quictum et solutum. exceptioni non numerate pec(c)unie et non habiti et non recepti precij et omni iuri renunciando et ante solutionem. Sibi. factam. dedit uendidit cessit transtulit et mandauit. venerabili patri domino Oberto diuina gratia episcopo. Astensi. omnia et singula iura et omnes actiones et peticiones Reales et personales. utiles et directas. mistas et inmistas. que et quas. dictus. Jacobus. habebat uel uisus erat habere. seu que sibi competebant uel competere uidebantur in quadam pecia vinee. iacente in posse baennarum ubi dicitur post castrum. Cui choeret. dominus episcopus Astensis. heredes condam. oberti toscani et fossatum comunis baennarum. necnon omnia et singula. iura. et omnes actiones et peticiones utiles et directas mistas. et inmistas que et quas. habebat. uel habere uidebatur. uersus. Oddonem. Caciam. et Bartholomeum. caciam et eorum bona et detentores bonorum suorum. occaxione cuiusdam uenditionis. facte eidem. Jacobo barberio. per predictos Oddonem caciam et Bartholomeum. et omnium contentorum in Jnstrumento dicte uenditionis. de qua quidem uenditione constat per publicum Jnstrumentum. factum. per me henricum. carnaliam notarium. sub. Anno domini. M°.CC.-LXXX. Jndicione VIIJ^a^. die sabati. VJ. intrante Januario et cetera (*sic*). Et eciam omnia et singula. iura et omnes actiones et peticiones reales et personales utiles et directas. que et quas habebat. uel habere uidebatur. eodem modo in sexta parte pedagij uille et iurisdictionis Baennarum et uersus dictum Bartholomeum. caciam occaxione uenditionis. dicte sexte partis pedagij. dicto Jacobo barberio. per ipsum Bartholomeum. sicut continetur in quodam alio instrumento. facto inde et com-

Digitized by Google

posito per me eumdem notarium in predicto Anno domini M°.CC.LXXX. Jndicione. VIIJ. die dominico. VIJ. intrante Januario. et cetera (*sic*). Jnstrumenta quarum venditionum silicet dicte pecie vinee et dicti pedagij. predictus Jacobus eidem domino Episcopo. ibidem et incontinenti liuerauit (*sic*). dedit et consignauit. ac traddidit non incisa non uiciata non cancellata nec in aliqua sui parte suspecta. Eo quidem modo quod dictus dominus episcopus et quem habere statuerit. de predictis iuribus et actionibus. realibus et personalibus. utilibus et directis. mistis et inmistis et de predictis pecia uinee et sexta parte pedagij et eciam de predictis instrumentis dictarum uenditionum. dicte pecie uinee et sexte partis pedagij. possit uti agere experiri conuenire. def(f)endere. transigere et pacisci. opponere. appellare et repplicare consequi et se tueri. et omnia et singula. demum facere in predictis. de predictis [*et*] circa predicta et quodlibet predictorum que merita causarum exigunt et requirunt. quemadmodum dictus Jacobus ante predictam uenditionem et iurium concessionem. facere potuisset. Constituendo ipsum dominum episcopum. ad omnia predicta. suum certum nuncium et procuratorem ut in rem suam et ponens eum in locum suum. Quam cessionem iurium et uenditionem et dicta iura et actiones. promixit. dictus Jacobus eidem domino episcopo stipulanti. perpetuo. legitime def(f)endere et expedire. pro se et facto suo et non pro alio ab omni impediente. persona. Et promixit eciam (1). omnia et singula suprascripta. perpetuo. firma et rata. habere et tenere et non contrafacere uel uenire. aliqua causa uel ingenio aliquo. et omnes expensas dampna euictionis et interesse litis. eidem domino Episcopo. totum integre restituere promixit. Credendo ei de hijs omnibus in suo solo uerbo. sine testibus et sine aliqua probatione. Sub obligatione omnium bonorum suorum. Actum est hoc super lobia. Castri baennarum. Jnterfuerunt testes. rogati. guillelmus gallarinus. Johannes bruçius et minus niger.

Et Ego henricus. carnalia imperiali auctoritate notarius interfui et sic rogatus. publice scripsi.

CCLXXXVIII (1). [21 ottobre 1210].

de bennis

emptio vinee

(S. T.) ANNO ab incarnacione domini nostri yhesu xpisti. Millesimo. ducentesimo decimo. Jndicione. XIIJ^a. quod. fuit XJ^a. die ante kalendas nouembris. vendicionem fecit Anselmus garinus. in manibus domini

(1) *L. V.*: et promixit eciam et promixit eciam; *ma il secondo* et promixit eciam *è cancellato.*

(1) F. 92 *v.* (2) *Segue espunto*: domini.

Digitized by Google

Guidoti. Astensis Episcopi nominatim de una. vinea cum area sua que iacet in Costa uille baennarum subteriorum. Cui coheret idem Episcopus a duabus partibus. filij condam scacherij ab alia parte pro precio. XL. solidorum. ianuensis monete de quo precio dictus. Anselmus. bene quietum se tenuit. ità quod exceptioni non numerate pec(c)unie. renunciauit et iamdictum dominum Episcopum. in possessionem ire iussit de dicta vinea. cum Area sua a celo usque in abysso. finito precio. Tali modo ut ipse Episcopus et eius successores faciant de dicta vinea cum area sua. a. celo usque in abysso. quicquid uoluerint sine contradicione dicti Anselmi et omnium eius heredum. Jnsuper dictus. Anselmus. promisit. per se et suos heredes iamdicto episcopo et eius successoribus. dictam vineam cum Area. sua ab omni homine def(f)endere. Quod si def(f)endere non potuerit uel noluerit aut per quoduis ingenium subtrahere. quesierit tunc promixit.. supradictam vineam cum Area sua in duplum componere. sicut pro tempore fuerit meliorata. aut magis ualuerit. sub extimatione precij. in consimili loco. Factum fuit hoc in Castro baennarum subteriorum. in portico Astensis. Episcopi. Testes ibi. fuerunt inde rogati. viliermus nebulinus. Manfredus. stella. clericus dicti (2). Episcopi. henricus burrianus. Ogerius de sinio. Opecius. de gouono. Et Ego. Thomas. sacri palacij notarius hijs fui rogatus. [*et*] scripsi.

CCLXXXIX. [22 ottobre 1210].

de bennis

Donatio inter viuos

(S. T.) ANNO. Ab incarnacione. domini nostri yhesu xpisti. Millesimo ducentesimo decimo. Jndicione. XIIIJ^a^. quod fuit. XJ. die ante kalendas nouembris. donationem inter uiuos fecit. Ansermus. sichus in manibus domini Guidoti Astensis episcopi nominatim de quarta parte unius uinee cum Area sua. que iacet in Costa Castri baennarum. coheret ei idem episcopus. Riuus mondalauie. tali modo ut dictus episcopus et eius successores ab illa. die in antea. faciant de quarta parte dicte uinee cum area. sua. a celo usque in abisso quicquid uoluerint. sine contradicione dicti Anselmi et omnium eius heredum. Jnsuper dictus. Ansermus promisit per se et suos heredes iamdicto episcopo suisque successoribus. dictam vineam cum Area sua ab omni homine def(f)endere. Factum fuit hoc in Castro Baennarum. subteriorum in portico dicti episcopi.. testes ibi inde fuerunt rogati Nicolaus. giraudus. Jacobus frater eius. Johannes buccagrassa. Guillelmus nebulinus. Mainfredus de sancto phaustino.

Et Ego Thomas. sacri palacij notarius. hijs fui rogatus. [*et*] scripsi.

Digitized by Google

CCXC. [26 aprile 1238].

de bennis

Confessio

(S. T.) Anno domini Millesimo ccxxxviij. Jndicione xj^a. die lune. vj. kalendas madij coram testibus infrascriptis. Confessus fuit. Amedeus bruço de baiennis. quod illud tale edificium quod ipse facit in solo astensis Ecclesie iuxta beale deuersus domum suam (quod illud) facit pro domino. vberto dei gracia. episcopo Astensi et uult illud tenere pro ipso domino Episcopo et ecclesia Astensi quousque ipsi domino episcopo placuerit. Actum in Castro Bagennarum inferiorum Testes Guillelmus de costamagna. obertus carrandus. dominus Jacobus plebanus de bagnasco.

Et Ego. Girbaldus de ualperto notarius. palatinus. interfui et sic rogatus. scripsi;

Jn nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo. ccc^o.liij. Jndicione. vj^a. die tercio mensis augusti. Suprascripta Exempla. per me Nicolinum de corgnato. notarium infrascriptum. sumpta ex autenticis instrumentis scriptis manibus et signatis signis notariorum ut supra subscriptorum. venerabili et sapienti viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei gratia episcopi astensis. vicario generali insinuata. fuerunt et in eius presencia. per me ipsum notarium et alios. subscriptos notarios. diligenter cum ipsis autenticis ascultata. Et cum ipse dominus vicarius. ipsa et quodlibet eorum. cum autenticis per ordinem concordare inuenerit ut adhibeatur exemplis predictis et cuilibet eorum de cetero plena fides suam et episcopalem astensem. auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum. presentibus. Andreono de sancta victoria. canonico. sancte marie de vineis in Janua. Georgio dondino de monteuico clerico sancti Pauli Astensis. et Eusebio Alamanno de cherio clerico. testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis astensis publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla siue (1) transcripta vna(a) cum infrascriptis Nicolino de bruxatis de nouaria et Nicolino de corgnato de baennis notarijs ad autentica instrumenta scripta manibus notariorum (2) in ipsis descriptorum Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter et fideliter abscultaui et quia vtraque Jnueni concordare de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui:,

(S. T.) Et Ego Nicolinus de bruxatis de nouaria publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta vna(a) cum suprascripto Guillelmo cuniberto et infrascripto nicolino de corgnato notarijs ad autentica instrumenta scripta

(1) *L. V.*: siue siue (2) *Lo spaziato è in sopralinea.*

Digitized by Google

manibus notariorum in ipsis descriptorum Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter abscultaui et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto Signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus Astensis diocesis publicus. Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta Exempla. ex autenticis. instrumentis scriptis manibus notariorum ut supra in ipsis descriptorum. fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia ipsius domini vicarij inspicientis ad autentica instrumenta prefata una cum guillelmo et Nicolino notarijs suprascriptis diligenter legi et ascultaui. Et quia utraque concordare per ordinem inueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium cum signo meo consueto subscripsi ;

CCXCI (1). [10 e 14 dicembre 1263].

de Cuneo

C[ONRADUS] EPISCOPUS ASTENSIS

Absolutio ab excomunicatione

(S. T.) Anno. natiuitatis domini. Millesimo ducentesimo. LXIIJ. Jndicione. VJ. die veneris XIIIJ°. intrante decembris. Cum oddo. laurencius. esset excomunicatus occaxione aque que uadit apud baennas. soterias ad molendina. domini. Episcopi astensis. et dictus dominus episcopus. commisisset. domino.. Abbati monasterij. sancti dalmaci[*i*] et..plebano Cunei ad absoluendum ipsum. oddonem. a dicta excomunicatione ut patet per literas infrascriptas. quarum talis est tenor. C[onradus] dei et apostolice sedis. [*gratia*] episcopus Astensis.. dilectis in xpisto fratribus. Abbati. et plebano. Cunei. Salutem in domino. Si super excessibus et offensis quos causa nostri aqueductus qui ad molandina nostra baennarum decurrit. Oddo laurencius et aliqui alij qui ob hanc causam sentenciam excomunicationis incurrerunt. prestare uellent satisfactionem condignam uobis. committimus uices nostras ut ipsos iuxta formam. Ecclesie absoluatis. datum. x. decembris. Dicti dominus Abbas et (dictus) plebanus. auctoritate qua funguntur in hac parte. recepto iuramento a. dicto oddone de parendo mandatis Ecclesie ipsum oddonem. a dicta excomunicatione absoluerunt. et in Ecclesiam sanctam restituerunt et in statum pristinum in quo erat ante excomunicationem. Actum est hoc Cuneo. in porticu iusticie ibi fuerunt. testes. Johannes. de guastino notarius. et Guillelmus. graxella notarius. Et Ego Johannes baudit[*i*]o. notarius interfui et hanc cartam. scripsi.

(1) F. 93 *r*.

Digitized by Google

CCXCII. [14 dicembre 1263].

de Cuneo.

Compromissum.

(S. T.) Anno natiuitatis domini. Millesimo CC°LXIIJ°. Jndicione. VJ^a^. die veneris XIIIJ°. intrante decembris. Dominus. Otto. Archipresbiter. Baennarum subteriorum et Cappellanus domini. C[onradi]. episcopi astensis. nomine et uice ipsius episcopi. ex una parte et oddo laurencius ex altera. sese compromiserunt. in dominum. T[homam]. Abbatem. monasterij. sancti dalmacij. de burgo et dominum Raymundum de tauro vicarium Cunei. presentes. occaxione cuiusdam discordie que uertebatur et uerti sperabatur. inter ipsum dominum episcopum. et ipsum oddonem laurencium. de aqua. seu aqueductus. que ducitur apud baennas. subteriores ad molandinum supradicti domini episcopi que aqua nascitur in terratorio. morocij. et quam dictus otto. dicit esse suam. et ipsos tamquam. arbitros et arbitratores et amicabiles compositores. super predicta discordia et lite eligerunt. promittentes dicte partes una. alteri uicissim attendere et obseruare quicquid per dictos arbitros. dictum. sentenciatum. et pronunciatum. fuerit. iure uel amicabili. compositione et seruato iuris ordine uel non. sub pena. XXV. librarum. reforciatarum. que pena stipulata et promissa fuit. a parte parti et que pena tociens committatur et possit exigi cum effectu quociens in aliquo fuerit contrafactum. et pena soluta rato manente compromisso et sentencia ipsorum arbitrorum. et pro omnibus attendendis et obseruandis. dictus dominus. Otto. nomine dicti domini Episcopi. omnia bona dicti episcopatus. eidem Oddoni laurencio pignori obligauit. Et dictus oddo laurencius. eidem. domino ottoni recipienti nomine dicti domini episcopi pignori Obligauit omnia bona. sua. Jnsuper dictus dominus. otto promixit et conuenit eidem oddoni se facturum et curaturum quod dictus dominus Episcopus. habebit ratum et firmum dictum compromissum et quod attendet et obseruabit. sentenciam et pronunciationem dictam per supradictos arbitros sub pena predicta et pro omnibus et singulis supradictis. attendendis et complendis et obseruandis. Jordanus arduynus. pro dicto domino. Ottone aduersus dictum oddonem laurencium. se constituit proprium et principalem debitorem. et solutorem et obseruatorem. Renuncians noue constitutioni qua. cauetur quod principalis debitor prius conueniatur quam. fideiussor. Et legi dicenti quod si principalis non tenet nec accessorium et omni legum auxilio. quo se tueri posset et inde omnia sua. bona pignori obligauit. Et Nicolaus lorencius pro dicto oddone laurencio uersus predictum dominum ottonem de omnibus et singulis supradictis recipientem nomine dicti domini episcopi se constituit principalem debitorem et so-

Digitized by Google

lutorem et obseruatorem. Renuncians iuri de principali prius conueniendo et omni alij iuri quo se tueri posset. Et inde omnia sua bona pignori obligauit. Et dicti Arbitri debeant diffinire dictam questionem hinc ad. dies octo proximos et ab illa die in antea non ualeat compromissum. vnde predicti Arbitri et amicabiles compositores. super predicta discordia electi a predictis partibus talem sentenciam per bonam concordiam et amicabilem compositionem presentibus partibus in scriptis protulerunt uisis et auditis racionibus utriusque partis. videlicet quod condempnant dictum dominum ottonem nomine dicti domini episcopi ut det et soluat eidem oddoni. laurencio infra unum mensem proximum libras XIIIJ. astensium. Et quod dictus oddo laurencius dimittat quiete et in pace deinceps dictam aquam. dicto domino episcopo et quod eam ipse nec alter pro eo impediat hactenus. sed eam eidem absoluat. Et quod omnia instrumenta que ipse oddo. haberet occaxione dicte aque sint cassa et vana. et ea si habebit restituat dicto domino episcopo uel suo nuncio Et ut supradictum est dixerunt et pronunciauerunt et iusserunt dicti Arbitri attendi et obseruari a dictis partibus sub pena supradicta. Actum est hoc Cuneo. in porticu iusticie ibi fuerunt testes. Guillelmus grexella notarius et Johannes de gastino notarius.

Et Ego Johannes baudit[*i*]o notarius (1) interfui et hanc cartam scripsi.

CCXCIII (1). [Gennaio 1179].

de bennis

Transactio seu conuentio

(S. T.) Anno incarnacionis dominice M. C. Septuagesimo. VIIIJ. indicione. XIJ[a]. in mense Januario Cum lis uerteretur. inter dominum. Viliermum sancte dei Ecclesie Episcopum Astensem et Sismondum de sarmatorio. filium condam. Arditionis de quarterio Baiennarum inferiorum. Sismondus dicebat se ita debere possidere quod episcopus non debebat aliquid in quarterio illo requirere nisi eius seruicium. Episcopus e contra. dicebat in tali altercatione Curia episcopi electa et in medio posita. talem transactionem. comuni utriusque partis consensu. (ordinauit) inter eos ordinauit. uidelicet. quod supradictus Sismondus. fecit finem in manibus. eiusdem episcopi de omni eo quod ad contile pertineret et de fodro banno placito et successione et de omnibus rebus contalibus eo retento. quod prius habebat. nec in que-

(1) *L. V.*: notarius notarius

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 93 *r*. — C. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, II, 1068, n. 1571.

(2) C: uiliano

Digitized by Google

stione uertebatur. pro transactione ista supradictus episcopus persoluit libras. xxx'ta et v. monete ianuensis. eidem Sismondo qui fecit finem supradictam nominatim de eo quod ad eum successione vberti de porta peruenerat. Actum in sancto Albano. feliciter. in Ecclesia. sancte marie in presencia quorumdam de curia electorum. Tancredi pilosi. Aycardi. de uiglano (2). turchi de manciano. vberti de coconaa. Jnterfuerunt et alij testes. Otto de reuello. Rogerius archipresbiter. Raynerius de uicia. viliermus de morocio viliermus de bargis. vbertus uicedominus. Jacobus de centallo. Jacobus bricius. Jacobus purpura. Rogerius carrossus. Anricus de bagnasco. Ego Jordanus iudex atque notarius iussu supradicti episcopi et Sismundi scripsi.

CCXCIX (1). [27 giugno 1194].

de bennis

Sententia

(S. T.) Anno. dominice incarnacionis. M°. c. Nonagesimoquarto. Jndicione. XIJ'a. die lune qui est quartus exeuntis Junij. Jn Castro baennarum inferiorum presencia testium ad hoc specialiter uocatorum. quorum nomina subter. leguntur. de lite ac controuersia que uertebatur inter Sismundum de sarmatorio. ex una. parte et dominum Nazarium astensem episcopum ex alia in presencia electe Curie. silicet. Nicole gardini. Jacobi purpuris et Jacobi uicedomini super duabus. domibus. que condam fuerunt petri cice et petri caualerij. et que. suprascripto. sismondo euenerant. ex successione vberti de porta. electa curia in medio posita. uisis et auditis allegationibus Sismondi. qui dicebat uniuersum ius et contitum illarum domorum ita ad se pertinere quod nullo modo episcopus debebat respicere nisi in eius seruicio. Et auditis attestationibus. que exinde producte (2) fuerunt. uiso eciam instrumento publico. de fine et reffu(c)tatione quam idem Sismondus. fecerat uersus dominum. Guillelmum astensem. episcopum. de hijs omnibus que ad comitatum pertinent. silicet fodro. banno. placito. successione et alijs rebus contalibus nominatim de eo quod ad eum ex successione. vberti de porta peruenerat. sentenciam pro episcopo. Curia. protulit. Sismondum condempnando et instrumentum. publicum. confirmando. Actum in Baennis feliciter: — Signa §. manuum §. suprascripte Curie. §. que

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 93 *r.* — C. Ediz. in *M. h. p., Ch.*, II, 1162, n. 1664. — D. Ediz. in Adriani, *Signori di Sarmatorio*, 322.

(2) *L. V.*: producta (3) *Nel* L. V. *manca il nome del notaio, che si ri-*

Digitized by Google

hanc cartam. fieri iussit. Jnterfuerunt rogati testes Oddo spata. Ansermus siccus. Oddo de costamagna. Rubaldus caualerius. Mazonus. vbertus uilicus. Jacobus de labore. valterius beati Nazarij mediolanensis prepositus. Ego (3) [*Syrus*] tabellio palatinus. rogatus interfui et hanc sentenciam. scripsi :

CCXCV. [7 aprile 1292].

de bennis

Permutatio

(S. T.) Anno dómini Millesimo ducentesimo. LXXXXIJ° Jndicione. v^a. die lune. VIJ. intrante aprili. Placuit quidem. venerabili. patri domino. O[berto]. dei gracia Episcopo astensi. ex una parte et guillelmo. spate de baennis. ex alia. ad inuicem permutare et cambiare in qua permutacione. et in dicto cambio dictus dominus episcopus dedit in cambium et permutauit. dicto Guillelmo Spate peciam unam terre iacentem in posse. lequi. ubi dicitur in villario. lequi Cui choeret. dictus guillelmus spata. heredes. Jacobi more condam et comune. Et hoc nominatim pro quadam pecia. vinee quam dictus guillelmus spata. dedit in cambium dicto domino episcopo. pro dicta pecia terre que uinea iacet in eodem posse lequi ubi dicitur post castrum. Cui choerent dictus dominus episcopus. a duabus partibus. et heredes iohannis more condam. Et ita una pars altera[*m*] et altera alteram. de re a se permutata et data in cambium. ex nunc inuestiuit [*et*] in possessionem corporalem. sua. auctoritate ingredi et esse iussit. Tali modo quod queque pars. rem sibi permutatam. et in cambium datam. et quem habere statuerit habeat teneat et possideat. et quicquid inde uoluerit. facere faciat iure proprio libere sine contradicione alicuius. persone. Quas cambiatas et permutatas. una. pars alteri et altera alteri uicissim promixit. perpetuo. def(f)endere. legitime auctorizare et disbrigare ab omni persona impediente. sub pena dupli. Alioquin omnes expensas. dampna euictionis et interesse litis et extra. una pars alteri et altera alteri uicissim stipulanti totum integre restituere promisit credendo. sibi uicissim de hijs in suo solo uerbo. sine testibus sacramento et aliqua alia probatione. Et pro hijs omnibus et singulis. firmiter attendendis. et obseruandis. obligauit dictus dominus episcopus. dicto guillelmo spate. omnia bona. Ecclesie astensis. Et dictus Guillelmus spata. eidem domino episcopo. omnia sua bona. Et inde ad consilium sapien-

---

conosce essere Syrus *confrontando il segno tabellionale di quest'atto con quello identico del doc.* XVII.

(1) F. 93 *v*.

Digitized by Google

tis michi notario duo instrumenta unius tenoris. fieri iussa sunt. Actum est hoc in Castro baennarum. in talamo dicti domini episcopi. interfuerunt testes. rogati. Siulfus cortexius. Tonsus. de choconato. Ansermus aragnus et Johannes. gazarus:

Et Ego henricus carnalia imperiali auctoritate notarius. interfui et sic rogatus. publice. scripsi;

Jn nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem. Millesimo. CCCLIIJ. Jndicione VJa. die tercio mensis. Augusti. Suprascripta Exempla. sumpta. per me. Nicolinum de corgnato notarium subscriptum ex autenticis instrumentis scriptis manibus et signatis signis notariorum ut supra. subscriptorum. venerabili et Sapienti viro. domino Guillelmo. de bruxatis iuris utriusque perito Reuerendi in xpisto patris domini. Baldrachi dei et apostolice sedis gratia episcopi astensis. vicario. generali. insinuata fuerunt. et in eius presencia. per me ipsum notarium et alios notarios infrascriptos. diligenter cum ipsis autenticis ascultata. Et cum ipse dominus vicarius ipsa et quodlibet eorum cum ipsis autenticis inuenerit concordare per ordinem ut eisdem exemplis et cuilibet eorum. adhibeatur. de cetero plena. fides. suam et episcopalis [*ecclesie*] auctoritatem. interposuit et decretum. Actum in Castro. Baennarum. presentibus. Andreono de sancta uictoria. canonico. sancte marie in Janua. Georgio dondino. de monteuico clerico sancti pauli. Astensis et Eusebio alamanno de cherio. testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus imperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla siue transcripta vna cum infrascriptis Nicolino de bruxatis. de nouaria et Nicolino de corgnato de baennis notarijs. ad Autentica instrumenta scripta manibus notariorum in ipsis descriptorum. Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter et fideliter abscultaui Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et Signo meo consueto signaui:

(S. T.) Et Ego nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascripta exempla siue transcripta vna(a) cum suprascripto Guillelmo cuniberto et Jnfrascripto nicolino de corgnato notarijs ad autentica instrumenta scripta manibus notariorum in ipsis descriptorum Coram ipso domino vicario Jnspiciente diligenter abscultaui et fideliter Et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et Signo meo consueto Signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis diocesis publicus. Jmperiali auctoritate notarius Suprascripta Exempla siue transcripta. ex autenticis instrumentis scriptis manibus notariorum ut supra. in ipsis descriptorum fideliter Sumpsi. Et postmodum in presencia eiusdem domini vicarij inspicientis una cum Guillelmo et Nicolino notarijs suprascriptis. diligenter ac fideliter. ad ipsa autentica legi et ascultaui. Et quia ipsa et quodlibet eorum cum autenticis concordare inueni. de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem Exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi. et Signum meum apposui consuetum;

Digitized by Google

CCXCVI (1). [25 marzo 1196].

de loco bennarum

BAENNIS

Jnuestitura iurium et consuetudinum concessa hominibus Baennarum super rebus hic expressis.

ANNO incarnati uerbi. Millesimo. C.LXXXXVJ. Jndicione. XIIIJ^a^. quod fuit. VIIJ^o^. kallendas. Aprilis Quoniam quidem facta mortalium obliuionis iacturam senciunt nisi. literarum adminiculis alligentur et earum munimento. ab o[*b*]liuionis interitu. def(f)endantur. Salubriter prouisum est. ut rerum gestarum memoria scripto. posteris transmittatur ne qua suboriri contentio. uel fraudolenta possit annecti exceptio Jn presencia igitur infrascriptorum testium. dominus Nazarius Astensis. Episcopus. Jnuestiuit homines. de baennis inferioribus. de usibus seu consuetudinibus in presenti pagina scriptis. Promittens quod nullo tempore per se uel interpositam personam. eas consuetudines infringeret. aut alias que istis abrogare uiderentur. suis temporibus. procrearet. nisi forte hoc faceret. comuni consensu eorumdem. hominum. Cum itaque quatuor tantum domus militum in loco baennarum subteriorum esse debeant. Persone illarum quatuor domuum et que ab eis descenderunt que per duodecim eiusdem loci viros ab eis consignate sunt sub iuramento descendisse. Queque eciam ab eis descenderunt. pro feudo militali in nemore banalli. viride ac sichum debent habere. Tempore glandium una.queque harum domuum duos homines prima die cum maioribus dominis ad eas legendas. potest. habere. post primam uero. diem. tam domini quam milites atque pagenses. ad libitum colligere. possunt. Ecclesia eumdem habet usum. quam milites. Pagenses autem de uiridi non habent in predicto nemore potestatem. nisi quantum pro faciendis utensilibus et instrumentis neccessarijs agriculture eis neccessarium. fuerit. de sicco uero quantum sufficiat eis licet accipere. Jterum predicti milites et qui ab eis originem duxerint uniuersarum rerum suarum. decimas et drictum habere debent.

---

(1) FONTI. — A. L'orig. manca — B. Copia in *L. V.*, f. 94 *r*. — C. Ediz. in G. C. A. MANASSERO, *Scritture contenenti i privilegi de' Manasseri, Oreglie, Gazzari et Aragni, quattro casate militari di Bene*, p. 3, Torino, per Giacomo Rustis, 1643. — D. Ediz. in DURANDI, *Delle antiche città di Pedona, Caburro, Germanicia e dell'Augusta de' Vagienni*, p. 92. — E. Ediz. in MOROZZO, *St. di Montereg.*, I, 410. — F. Ediz. parz. in ASSANDRIA, *Capitula et Statuta Comunitatis Baennarum*, p. 18 (Cfr. *Memorie storiche della Chiesa di Bene*, p. 5, n. 2).

Digitized by Google

Jdem iterum milites. non tenentur. iusticiam. facere pro uilico domini episcopi. licet ipsis militibus de proprijs possessionibus homines sub se facere qui non essent prius. homines Episcopi in quibus. dominus episcopus neque fodrum. neque drictum debet habere. Jtem milites dare debent custodes episcopo. per dies quindecim. in quocumque castrorum suorum uoluerit. Et quia dubitabatur utrum. episcopus eis. deberet impensas ministrare an ipsi de proprijs eas celebrare deberent. relictum est hoc sub ueteris instrumenti memoria terminandum. Jnsuper vnaqueque quatuor domuum debet. Roncinum unum in romano itinere domino episcopo com[*m*]odare. quem cum redierit eis reddere debet. si ipsum habuerit Pro guerra uero unaqueque illarum domuum. militem unum tenere debet. Nullus militum de uenatione sua. tractum dare tenetur. Omnibus comuniter hominibus de Baennis. licet bona sua vendere alienare et pro anime sue remedio ea relinquere. dummodo debita reddictus. et alias conditiones. uenditorum. alienatorum aut testatoris successores. facere ualeant. Alioquin alienationes nouissime factas. dominus. Episcopus. et eius nuncius rescindere possunt. quo ad usque nouum hominem. sibi restituant. et redditus atque conditiones perditas cum integritate possint habere. Jterum licet hominibus. de baennis uendere bona. consortibus suis. sine tercio aliquo quod si alij quam consorti uendiderint. siue fuerit de domibus militum siue de pagensibus. tercium. dare debent. Omnibus alienigenis licet uendere. omnia que acquisiuerint sine tercij exibicione. homines (2) Baennarum debent. facere carretum. domino episcopo ubicumque uoluerit inter tanagrum et sturiam infra episcopatum astensem. et usque pollencium. vnusquisque massus debet condicionaliter. duodecim rosiar facere et tria plaustra lignorum trahere. Totidem facere debet. unumquodque iugum. bouum quod in masso fuerit. Jterum frater debet fratri. succedere. nepos Auunculo et patruo et e conuerso deinceps episcopus. defuncto. succedere debet. Moriens non debet legare nisi partem terciam rerum mobilium. Jn domibus pup(p)illorum. dominus episcopus. rosias non debet habere nisi boues habuerint. Mulier uidua non debet de domo coniugis necque de bonorum expelli. possessione dum honeste uixerit. Eodem modo neque maritus. de uxoris possessione dum uixerit eiciendus est post mortem uxoris. Preterea. unaqueque custodia. vinearum de loco baennarum. debet unum Canistrum vuarum ex debito domino episcopo et non amplius. Presentes consuetudines. prenominatus episcopus. dedit atque concessit. hominibus de baennis. hoc modo ut ulterius non liceat. sibi nec alicui nuncio suo. presentem consuetudi-

(2) *Segue espunto*: de

Digitized by Google

num. paginam infringere aut eis nouis usibus contra(h)ire. Hoc addito quod si qua alia consuetudo. posset in ueteri instrumento inueniri que ad episcopi siue hominum de baennis utilitatem facere uideretur presenti posset Jnstrumento subiungi. Actum apud Baennas. in Castello domini Episcopi feliciter Jnterfuerunt rogati testes. Giraldus ieronimus. Jacobus. thomas et. Jacobus. uicedominus. Astenses ciues. Obertus archipresbiter baennarum. atque Jacobus canonicus sancti Ambroxij de Mediolano. et quamplures alij.

Et Ego Johannes. sancti Albani prepositus. qui et Jmperialis aule notarius. interfui et de mandato. superius nominati domini N[azarij] Astensis episcopi hoc Jnstrumentum traddidi et scripsi.

CCXCVII (1). [8 novembre 1200].

de bennis

B[ONIFACIUS] EPISCOPUS

Donatio reciproca inter Reuerendissimum Dominum Episcopum Astensem et homines Baennarum

ANNO domini nostri yhesu xpisti. Millesimo. ducentesimo. Jndicione tercia die octauo mensis Nouembris. donauit et remisit dominus B[onifacius] Sancte [*astensis*] Ecclesie episcopus suis. dilectis hominibus baennarum et benemeritis omnibus illis qui habitant. uel habitauerint. fodrum quod dare soliti erant pro honore Sancte Astensis. Ecclesie. cognito quod iniuste exigebatur. ita donauit et remisit quod de cetero ipse uel qui. post se in episcopatum peruenerit. exigere non ualeant. Et pro hac donatione et remissione donauerunt homines baennarum domino. B[onifacio] episcopo Centum libras. bonas. Januensium. Et annuatim debent pro hac donacione et remissione dare domino episcopo. et suis successoribus. pro iugo bouum vnum sestarium frumenti ad festum sancti Michaelis. Mercator qui cum equo uel iumento iuerit. debet dare. XIJ. denarios. Januenses. Mercator pedes[ter]. VJ. denarios. Sappator quatuor Annuatim ad festum sancti martini. Hanc donationem et remissionem debet facere confirmare. Episcopus Canonicis et vassallis. Astensis Ecclesie bona fide et pro posse Jnsuper bona fide debet episcopus a. domino Archiepiscopo Mediolanensi impetrare huius facti confirmationem. expensis hominum baennarum. debent ire ad hanc im-

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 94 *r*. — C. Ediz. in GRASSI, *Ch. di Montereg.*, II, 14, doc. VIII. — D. Ediz. parz. in DURANDI, *Delle antiche città di Pedona* etc., 96. — E. Ediz. parz. in ADRIANI, *Dei signori di Sarmat.*, 334. — F. Ediz. parz. in MOROZZO, I, 413. — G. Ediz. parz. in BERTANO, *St. di Cuneo*, II, 245, doc. 234.

Digitized by Google

petrationem. quicumque de baennis. iuerint. Actum est hoc in loco montisregalis presencia testium quorum nomina hec. dominus petrus sagonus. prepositus. Giraldus monachus. dominus Anselmus Marchio mallis potestas. montisregalis. henricus de brocasca (*sic*). Petrus iudex. Guillelmus iudex. R. bonardus. Jacobus de burgo. An[thonius]. dolio. Aycardus bremondus. henricus. rudauta. Jnsuper henricus barachinus. Astensis canonicus. laudauit predictam remissionem. et Jacobus natoata. Manfredus de anima. Roffinus de gouono. Conradus de costamagna. Jnsuper. B[onifacius] astensis Episcopus. sua propria uoluntate iussit homines. baennarum. Jurare ad sancta dei euangelia quod ipsi de cetero fodrum non darent nec aliquem hominem pro domino non tenerent nisi illum qui foret ecclesie. astensis episcopus. hoc preceptum. fuit factum in Castro baennarum. Cuius facti populus baennarum. est testis

Et Ego Guillelmus sacri palacij notarius. scripsi. aiunctionem sacramentorum. et Ce[*te*]ra.

CCXCVIII (1). [10 maggio 1280].

de bennis

Sententia banni et fustigationis

(S. T.) Jn nomine domini Amen. Anno eiusdem. Millesimo ducentesimo octuagesimo. Jndicione viij^{a}. die veneris. x^{a}. mensis. Madij. Quoniam compertum est per Jnquisitionem factam. per dominum. Anselmum de caloçio potestatem baennarum et vicarium domini. C[onradi]. dei gracia episcopi Astensis. et legitime probatum. quod Jacobus. de gorçenio per confessionom ipsius et indubitata iudicia ipsum fecisse iuram et Conspirationem cum Guillelmo baroxia. henrico marencho et Jacobo bealeclo et cum pluribus alijs et ad predictam iuram et conspirationem. faciendam. non habuerint (et) mandatum. dicti domini episcopi et predicta fecerint contra formam. Capitulorum baennarum. factorum per dictum. dominum Episcopum et confirmatorum per generalem concionem dicte ville. Jdcirco dictus potestas et vicarius. habito plurium sapientum consilio sedendo pro tribunali in scriptis et per sentenciam presente ipso Jacobo de gorçenio. condempnat ipsum Jacobum secundum formam Capitulorum predictorum quod ipse Jacobus expelliatur de dicta villa. Baennarum et banniatur et perpetuo. sit bannitus et forestatus de predicta villa et posse et quod eius bona omnia publicentur et sint publicata (2) et ea publicat (3) dicto domino Episcopo et Ecclesie Astensi. Actum est hoc in baennis sub porticu racionis. Jnterfuerunt testes rogati et in plena concione comunis et hominum

(1) F. 94 *v*. (2) *L. V.*: plubicata (3) *L. V.*: plubicat

Digitized by Google

baennarum in dicta concione congregatorum ad sonum Campane et uoce preconia more solito. et vocati. dominus vbertus. de gouono. Johannes dauitus de uicia notarius Bertholinus buriatus. notarius. vuglel(l)mus notarius domini episcopi dominus Georgius de coconato et Bozardus de uicia:,

Et Ego. henricus carnalia. Jmperiali auctoritate notarius hanc. Cartam sic rogatus. publice scripsi:,

CCIC (1). [3 aprile 1260].

de bennis

PROCURA DE FILIO REGIS FRANCIE

Absolutio sindici Baennarum a Comunitate Albe facta (2)

(S. T.) Anno domini Millesimo. ducentesimo. lx. Jndicione tercia die tercio. Jntrante Aprili. Jn presencia infrascriptorum. testium. Cum Manfredus Gohenus. Sindicus Comunis baennarum et vniuersitatis eiusdem loci ut constat per Jnstrumentum factum manu me[i] Bertholini notarij. accessit Coram domino Jacobo Gantelmo Senescallo in Lombardia. pro Excellentissimo. domino Karulo filio Regis francie. Comite prouentie. folcarcherij. Andegauie et Marchionis prouentie. domino. Albe existente in consilio Comunis Albe more solito congregato per Campanam bis pulsatam et pecijt a consilio. predicte Ciuitatis. Albe ut eum nomine comunis et vniuersitatis predicte ville Baennarum et ipsam vniuersitatem absolueret ab omni eo quod facere teneba(n)tur. ipsa vniuersitas. Comuni Albe Cuius petitione admissa. per predictum consilium. Ciuitatls Albe. fuit absolutus. predictus Sindicus. nomine vniuersitatis baennarum et vniuersitatis dicte ville baennarum. Jta tamen quod omnia et singula. dicti homines baennarum faciant et facere. teneantur dicto Comiti. que facere tenebantur Comuni Albe et debebant.. Actum est hoc in Alba. super votas. sancti Laurencij. Jnterfuerunt testes. Rogati dominus Anselmus. de morocio. dominus Guillelmus marescotus. et dominus Manfredus occulus.Crape. Et Ego Barthoiinus cognus sacri palacij notarius. in Baennis. pro predicto domino Comite. hijs omnibus presens interfui et inde unum Jnstrumentum. uel plura ad consilium. unius Jurisperiti rogatus scripsi et subscripsi

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 94 *r.* — C. Ediz. parz. in Morozzo, II, 436. — D. Ediz. parz. in Bertano, *St. di Cuneo*, II, 356, doc. 656.

(2) *Per ispiegare quest'assoluzione del Comune di Bene fatta da quello di Alba, cfr. il doc.* clxxxi, *in data 29 ottobre 1209*, de citainatico illorum de baennis, *nel* Rigestum comunis Albe, *in questa* Bibl. Soc. Stor. Subalp., XX, 293.

Digitized by Google

Jn nomine domini Amen Anno natiuitatis eiusdem Millesimo. cccliij. Jndicione sexta. die xiij°. mensis Augusti Suprascripta Exempla per me Nicolinum de Corgnato notarium subscriptum (3) sumpta ex autenticis instrumentis scriptis manibus notariorum ut supra subscriptorum et signatis signis eorumdem. venerabili. viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei gracia Episcopi Astensis vicario generali insinuata fuerunt. Et in eius presencia per me ipsum notarium una cum notarijs infrascriptis. diligenter cum ipsis autenticis ascultata. Et quia ipse dominus vicarius ipsa exempla cum autenticis per ordinem concordare inuenit ut eisdem Exemplis et cuilibet ipsorum adhibeatur de cetero plena fides suam et episcopalem Astensem auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum. presentibus. Andreono de sancta victoria. canonico. sancte marie de vineis in Janua Georgio dondino de monteuico clerico sancti pauli astensis. et Eusebio alamanno de cherio clerico testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Johannes de gabiono de vignali. publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascripta exempla. siue transcripta vna(a) cum infrascriptis Guillelmo cuniberto. Et Nicolino de corgnato de baennis inferioribus. notarijs. ad autentica instrumenta Scripta manibus notariorum in ipsis descriptorum coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter Ascultaui Et quia vtraque concordare inveni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i. et signo meo consueto signaui

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta exempla vna cum Johanne notario suprascripto et Nicolino notario infrascripto ad autentica instrumenta scripta Manibus notariorum in ipsis descriptorum Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter ascultaui Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et Signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis. diocesis. publicus. Jmperiali Auctoritate notarius Suprascripta Exempla siue transcripta ex Autenticis instrumentis. scriptis manibus notariorum ut supra in ipsis subscriptorum fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia eiusdem. domini vicarij inspicientis. una cum Johanne et Guillelmo suprascriptis. diligenter ac fideliter ad ipsa Autentica instrumenta legi et ascultaui Et quia ipsa exempla cum autenticis per ordinem concordare inueni. de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

CCC (1). [19 giugno 1353].

procuratorium in loco baennarum

Jn nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo Quin-

(1) F. 95 *r. Ottavo duplicato della procura. Cfr. doc. I, XVI, XXX, XCII, CIX, CXXX, CLVII e CCX.*

Digitized by Google

quagesimo tercio. Jndicione sexta. die decimonono mensis Junij. Actum in Castro. Baennarum inferiorum Astensis diocesis. presentibus. Andre[o]no de Sancta uictoria canonico sancte Marie. de vineis in Janua Georgio dondino de Monteuico clerico et Guillelmo de riuo de paris Canonico sancti An(n)iani de Castello de Ast. testibus vocatis et rogatis. Quorum presencia ac mei notarij infrascripti. Reuerendus in xpisto pater et dominus. dominus Baldrachus dei et apostolice. sedis gracia Episcopus Astensis non propterea reuocando alium seu alios procuratores. per ipsum dominum episcopum hactenus constitutos. sed pocius eum et eos confirmando. omni iure modo et forma quibus melius potuit. fecit constituit et ordinauit. presbiterum Jacobum macharium Canonicum plebis sancte Marie de baennis inferioribus. dicte Astensis diocesis. presentem et mandatum huiusmodi suscipientem. Suum et Astensis Ecclesie uerum Nuncium et procuratorem in omnibus et singulis ipsius domini Episcopi Astensis et Ecclesie Astensis causis litibus et questionibus tractandis et gerendis cum quibuscumque personis. comuni collegio et uniuersitate et coram quocumque iudice ordinario uel delegato. Ad agendum et def(f)endendum libellum et libellos dandum et recipiendum. exceptiones proponendum litem et lites contestandum. Juramentum calumpnie et cuiuscumque alterius generis Sacramentum in animam ipsius domini episcopi prestandum ponendum et positionibus respondendum. testes instrumenta et probationes quascumque producendum et alterius partis Jurare uidendum. sentenciam et sentencias audiendum et ab eis et ipsarum qualibet appellandum et Appellationem prosequendum. Et ad quecumque negocia ipsius domini episcopi et Ecclesie Astensis gerenda et facienda. Necnon ad officium cuiuscumque iudicis et ipsius iudicis iurisdictionem tam uoluntariam quam. contensiosam implorandum. Et demum ad omnia et singula alia faciendum et gerendum que in predictis et predictorum quolibet fuerint neccessaria utilia uel quomodolibet opportuna et que iuris ordo et causarum merita postulant et requirunt queue ipse dominus episcopus suo nomine et Astensis. Ecclesie in premissis omnibus et singulis et circa premissa et premissorum quodlibet. facere posset si presens adesset. Dans et concedens eidem procuratori suo presenti in predictis omnibus et singulis suprascriptis et circa predicta et predictorum quodlibet plenam et liberam ac generalem administrationem et speciale mandatum. Promittens ipse dominus Episcopus suo nomine et astensis ecclesie eidem procuratori suo presenti et stipulanti ac michi notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti nomine et uice omnium et singulorum aliorum quos presens tangit negocium uel tangere poterit in futurum se grata rata et firma habiturum. perpetuo. quecumque per ipsum procuratorem suum in predictis omnibus et singulis et circa predicta et quodlibet predictorum acta fuerint quomodolibet siue gesta. Et uolens. ipse dominus Episcopus dictum procuratorem suum releuare ab omni onere satisdandi et eciam ipse procurator releuari uolens promixit. michi notario infrascripto ut supra recipienti de iudicio sixti et iudicato soluendo cum omnibus suis clausulis. fideiubens pro dicto procuratore suo erga me notarium iamdictum recipientem ut supra in omnem casum et euentum satisdactionis.

Digitized by Google

Sub ypotecha omnium bonorum ipsius domini episcopi et astensis ecclesie. Que proinde michi notario recipienti ut supra pignori obligauit. precipiens inde ipse dominus Episcopus de predictis per me notarium infrascriptum fieri publicum Jnstrumentum

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus Astensis diocesis. predictis omnibus et singulis suprascriptis una cum supranominatis testibus presens interfui et sic scripsi et publicaui. et signum meum apposui consuetum in testimonium premissorum.

Hec sunt Exempla quorumdam priuilegiorum. Jmperialium et Papalium et Quorumdam. Jnstrumentorum et iurium et acquisitionum ad Reuerendum in xpisto patrem et dominum dominum.. dei gratia Episcopum Astensem et Astensem Ecclesiam spectancium et pertinencium scriptorum manibus tabellionum subscriptorum in ipsis priuilegijs et Jnstrumentis quorum priuilegiorum et instrumentorum tenores inferius describuntur et Quorum priuilegiorum et Jnstrumentorum Exemplacionem. venerabilis vir dominus Guillelmus de bruxatis Juris utriusque peritus Ac Reuerendi in xpisto patris et domini domini Baldrachi dei et apostolice sedis gratia astensis. Episcopi. vicarius generalis ad petitionem presbiteri Jacobi macharij Canonici plebis sancte Marie de baennis inferioribus procuratoris prefati ipsius domini Episcopi et procuratorio nomine eiusdem et astensis Ecclesie de qua procura constat publicum Jnstrumentum factum per me notarium antedictum sub Anno natiuitatis domini Millesimo CCCLIIJ. Jndicione. VJ^a. die XVIIJ. huius Mensis Junij. michi Nicolino de corgnato notario infrascripto ad Eternam rei memoriam potestatem et bayliam dedit atque concessit

CCCI (1). [11 gennaio 884].

Sancti Secundi corpus

LITUARDUS

ROSERIUS EPISCOPUS ASTENSIS

Priuilegium Caroli Jmperatoris factum Ecclesie maiori(s) et Sancti Secundi Astensis circa immunitatem

Jn nomine. sancte et indiuidue trinitatis Karolus diuina fauente Clemencia Jmperator Augustus. si iustis petitionibus fidelium nostrorum aurem Clemencie nostre inclinamus firmiores ac promciores in nostro credimus esse seruicio insuper ab Eterno remuneratore premia eterna

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 95 *v.* — C. Ediz. in Ughelli, *Italia Sacra*, IV, 339. — D. Ediz. in *M. h. p., Ch.*, II, 9, doc. IV. — E. Ediz. parz. nella *Risposta* (a) colla data 883 e nella *Controrisposta* (b), 33 28 e 33, cit. nel doc. seguente. — E. Ediz. parz. in Cipolla, *Appunti sulla Storia d'Asti*, in *Atti del R. Istituto veneto di scienze, lettere ed arti*, VII, II, 1506, ed a parte, 174, Venezia, 1891-1892.

Digitized by Google

percipere. Quapropter uolumus esse notum omnibus. deo nostrisque fidelibus presentibus ac futuris. qualiter lituardus. Reuerentissimus Episcopus et Archicancellarius noster nostre innotuit celsitudini quod peccatis exigentibus. casu inprouiso accidente thesaurum sancte Astensis Ecclesie cui ioseph (2) episcopus preesse dignoscitur igne crematum fuerat in quo uaria. Jnstrumenta cartarum oblationes uidelicet et donationes imperatorum ducum Comitum aliorumque sancte ecclesie fidelium que pro diuini cultus amore. eidem Ecclesie contulerunt eedem igne combuste sunt Super quo idem lituardus. venerabilis Episcopus summusque consiliarius noster sumissis petitionibus nostram exorauit magnitudinem quatinus pro dei amore et remedio anime nostre seu coniugis ac prolis necnon pro debita ueneratione eiusdem Ecclesie que constructa est in honore sancte marie semper uirginis et sancti Secundi ubi eius humatum corpus quiescit nostre Auctoritatis munificentia omnia uariarum instrumenta cartarum eiusdem ecclesie confirmare dignaremur. Cuius precibus acclinati hoc nostre confirmationis. pragmaticum. scribere iussimus. Corroborantes uniuersa prefacte Ecclesie cartarum instrumenta quatenus hac nostra regali institutione. omnia pars prefacte Ecclesie ad suam potestatem dominiumque uindicet (3) tamquam firmitates. et donationes atque oblationes Cartarum non fuissent unquam igne combuste (4). Quam eciam Ecclesiam cum uniuersis ad se pertinentibus mobilibus et immobilibus acquisitis et acquirendis cum seruis et ancillis. aldionibus (5) et aldianis. seu cum omnibus qui de quacumque parte ad ipsam Ecclesiam confugium fecerint sub nostre tuitionis (6) mundburdo precepimus Sanc(c)ientes ut nullus dux. Marchio Comes uice comes aut quislibet publice partis exactor Eamdem Ecclesiam aut suos liberos seruos uel manentes seu ad eamdem ecclesiam. confugium facientes molestare. distringere uel pignorare aut inquietare presumat. aut eos ad placitum adtrahere uel in ostem minare (*sic*) aut in eorum mansionibus residere aut curaturam theloneum ripaticum aquaticum strepaticum erbaticum uel quod ad publicam pertinet func(c)ionem ab eis exigere presumat. Sed liceat eidem Ecclesie cum omnibus ad se pertinentibus que dici uel nominari possunt quieto ordine permanere et usque in perpetuum illesa persistere. Et secundum quod episcopo (7) placuerit qui ibidem pro tempore fuerit precepta (8) atque gubernata existat et iudicetur (9). Et si culpa(m) sui antecessoris

---

(2) D: Roserius; *nel* L. V. *stava scritto probabilmente* ioseph, *nome che venne raschiato per far apparire che vi fosse scritto* roserius, *aggiungendovi la* s *finale in carattere che par del sec.* XVIII. (3) *L. V.*: vindiret; D: vendicentur (4) *L. V.*: combustas (5) *L. V.*: allionibus (6) *In* D *manca* tuitionis (7) *L. V.*: episcopus (8) *L. V.*: percepta (9) *L. V.*: iudicata

Digitized by Google

tempore commissa fu[*er*]it ab eodem episcopo non requiratur sed sup(ra) augustali nostro munimine ab his omnibus absoluta et secura semper existat ita ut nulla publica potestas inibi aut in suis pertinencijs aliquid possit uindicare aut aliquam calumpniam inferre Si quis autem aliquid e contra nostre concessionis ac confirmationis uiolare presumpserit. censemus enim fore compositurum Auri optimi. libras. Centum. medietatem Camere nostre et medietatem rectori ipsius Ecclesie. Et ut hoc uerius credatur et diligencius obseruetur. manu propria confirmauimus. et annulo (10) nostro subter iussimus insigniri.

Signum Karoli (11) Jmperatoris Augusti. Aernustus Cancellarius ad uicem Lituardi Episcopi et Archicancellarij recognoui et subscripsi (12).

Datum III idus IANuarij Anno incarnationis domini nostri yhesu xpisti. D.CCCLXXXIIII Jndicione tercia. Anno imperij Jmperatoris Karoli IIII. Actum murgule (13) in dei nomine feliciter Amen.

JN Nomine domini amen Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo quinquagesimo tercio Jndicione. VI. die primo mensis Julij Suprascriptum exemplum per me Nicolinum de corgnato. notarium subscriptum sumptum ex originali priuilegio dicti domini Jmperatoris. venerabili et Sapienti viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris. domini Báldrachi dei et apostolice sedis gratia Episcopi Astensis vicario generali insinuatum fuit et in eius presencia per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios diligenter cum ipso Autentico ipso domino vicario inspiciente Ascultat(ur)o. Et cum ipse dominus vicarius utrumque concordare cognouerit ut eidem exemplo tamquam originali priuilegio adhibeatur de cetero per quoslibet plena fides. suam et episcopalis astensis auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum presentibus. Andreono de sancta uictoria canonico sancte marie de vineis in ianua Georgio dondino de Monteuico clerico sancti pauli astensis et Eusebio alamanno de cherio clerico testibus vocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascriptum exemplum cum infrascriptis Nicolino de bruxatis et Nicolino de corgnato notarijs ad originale priuilegium dicti domini Jmperatoris cum sigillo ipsius impressione Coram ipso domino vicario diligenter ac fideliter Abscultaui ipso domino vicario Jnspiciente Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo solito signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali auctoritate notarius Suprascriptum exemplum cum suprascripto Guillelmo cuniberto et infra-

---

(10) *L. V.*: de annulo; D: de cumolo (11) Karoli *è in monogramma.* (12) *Segue un segno che rappresenta la nota tachigrafica del nome del cancelliere.* (13) C: murgelle

Digitized by Google

scripto nicolino de corgnato notariis ad originale priuilegium dicti domjni Jmperatoris cum sigillo ipsius impressum Coram ipso domino vicario diligenter ac fideliter abscultaui ipso domino vicario Jnspiciente Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo solito signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus Astensis diocesis publicus imperiali Auctoritate notarius suprascriptum exemplum ex originali priuilegio dicti domini Jmperatoris ipsius sigillo impresso fideliter sumpsi Et postmodum in presencia ipsius domini vicarij inspicientis una cum Guilleimo et Nicolino notarijs suprascriptis cum ipso Autentico priuilegio diligenter ac fideliter legi et ascultaui Et quia utrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem Exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo consueto signauj.

CCCII (1). [18 giugno 901].

Originale est adhuc

HEILULPHUS EPISCOPUS ASTENSIS

Priuilegium Ludouici Jmperatoris super bonis seruis et Ancillis Episcopatus et Ecclesiarum Astensium concessum per miliare centum.

I[N] Nomine sancte et indiuidue trinitatis hludouicus diuina fauente Clemencia. Jmperator. Augustus. Jmperialis celsitudinis mos est fidelium suorum preces et maxime deo militancium. auribus libenter accomodare quatinus in sue fidelitatis obsequijs deuociores undique reddat. Quapropter cuntorum fidelium sancte dei Ecclesie nostrorumque

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 96 *r*. — C. Ediz. in UGHELLI, *It. Sacra*, IV, 341. — D. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, I, 100, doc. LIX. — E. Ediz. parz. in TERRANEO, *Adelaide illustrata*, I, 123. — F. Ediz. parz. *a*) nella *Risposta della reuerenda camera Apostolica all'eccezioni contrarie sopra i feudi ecclesiastici del Piemonte*, § 28, nella quale « Heilulphus » è chiamato « Philulphus » ; *b*) nella *Risposta alla seconda scrittura della corte di Roma su la pendenza de' Feudi Ecclesiastici dell'Asteggiana*, p. 13; *c*) nella *Dimostrazione della Sovranità Temporale della Sede Apostolica Ne i Feudi Ecclesiastici del Piemonte*, pag. 2. — G. Cenno in DURANDI, *Delle antiche città*, p. 82, e in *Piemonte Cispadano*, 150 e 182. — H. Cenno in NALLINO, *Il corso del Pesio*, 102. — I. Cenno in ADRIANI, *Indice di doc. per la storia di Cherasco*, n. 1. — K. Cenno in BOTTERI, *Memorie storiche di Chiusa Pesio*, 267. — L. Cenno in CIPOLLA, *Di Audace vescovo d'Asti*, in *Misc. st. ital.*, XXVII, 156 seg. — M. Cenno in MOROZZO, I, 102. — N. Ediz. parz. in BERTANO, II, 169, doc. 20.

Digitized by Google

que presencium scilicet Ac futurorum Comperiat industria. Quoniam heilulfus Sancte Astensis Ecclesie venerabilis episcopus nosterque admodum dilectus nostram adiens excellentiam enixius postulauit quatinus sue sacrosan[c]te astensi Ecclesie. quamdam nostram Jmperialem Cortem que dicitur Baienne scitam iuxta eiusdem loci plebem suo pertinentem Episcopatui habentem per mensuram Jugera. Centum milia cum extimatione legitima cum Castello muris circumdato et aqueductu et cum omnibus. terris et uillis que sunt in circuitu Sancte Marie ad leucum. titulum et castellum pertinentem de plebe baienis que sunt per mensuram. Jugera triginta milia et a trifolido usque in bosum (2) cum Abbacia sancte uirginis Marie de narzolis et cum Ecclesia Sancti Gregorij de uilla Cum terris cultis et incultis montibus et planiciebus usque in sturiam et Ecclesiam sancte marie in ceruaria habente iugera sexcenta. et Sarmadorium cum integritate montis et cum omni terra que circa ipsum montem esse uidetur habente iugera mille septuaginta atque eciam omnia regalia iura (3) bredolensis Comitatus et publicas functiones per preceptum nostre donationis iure proprietario. Concederemus. Cuius dignis petitionibus assensum prebentes hoc Serenitatis nostre preceptum fieri decreuimus. per quod predictus episcopus heilulfus noster fidelis suique successores qui pro tempore in eodem Astensi episcopatu ordinati fuerint. habeant et possideant proprietario iure Astensis Ecclesie predictam Cortem de Baiennis cum omni sua integritate que supra legitur et cum omnibus Castellis uillis terris. Ecclesijs supranominatis atque Cortem de nigella cum omni sua integritate et omnes cortes et terras nostri imperij publicas que sunt in Comitatu bredolense inter tanagrum et sturiam cum eodem Comitatu bredolense. cum seruis et Ancillis. Campis pratis vineis siluis pascuis. montibus. planiciebus. aquis aquarumque decursibus et aqueductibus. Molandinis piscacionibus. tam in tanagro et sturia quam in ceteris aquis et riuulis. Et cum omnibus que dici aut nominari possunt a publico iure et dominio in Jus et proprietatem Astensis Ecclesie. transfundimus et delegamus remota tocius publice potestatis inquietudine. Statuentes itaque atque precipientes. iubemus. ut nullus. dux. Episcopus. Marchio. comes. vicecomes. Castaldio aut ullus minister publicus neque aliqua persona parua uel magna in rebus omnibus et familiis supradictis aliquam uiolenciam (4) aut deuastationem seu molestiam. facere temptet neque prefa(c)tum episcopatum de supradictis omnibus disuestire aut molestare sine legali

(2) D: Besum (3) *In margine, in carattere del sec. XVII*: cum regalibus
(4) *L. V.*: uiouiolenciam

Digitized by Google

iudicio presumat. Si quis uero quod non credimus contra hoc nostre donacionis preceptum. in aliquo uiolare aut irrumpere temptauerit aut terram inuadere nouerit se compositurum. Auri optimi libras Centum. medietatem. palacio nostro et medietatem prefacte Sancte Astensi Ecclesie. Et ut firmiorem in dei nomine obtineat firmitatem ueriusque Credatur et diligencius ab omnibus obseruetur manu propria. subter roborantes. Annuli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domini hlodouici (M) serenissimi Jmperatoris Augusti

Arnolfus Notarius atque. Cancellarius. Jussu domini hlodouici. Jmperatoris relegi.

Datum xiiij° kalendas Julij. Anno incarnati domini. dcccc.i. Jndicione iiij. Anno. i. imperante domino hlodouico glorioso Jmperatore in italia Actum ticinensis.

CCCIII (1). [25 febbraio 902].

(Ro)[hei]lulfus episcopus Astensis

abbacia sancti dalmacij

Eiusdem luduuici Jmperatoris priuilegium ad idem.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis lodouicus diuina fauente clemencia imperator Augustus. Jmperialis celsitudinis mos est fidelium suorum preces et maxime deo militancium auribus libenter acomodare quatinus in sue fidelitatis obsequijs deuociores undique reddat. Quapropter con[c]torum fidelium sancte dei Ecclesie nostrorumque presencium silicet ac futurorum comperiat industria. Quoniam heilulfus sancte Astensis ecclesie venerabilis Episcopus nosterque admodum dilectus nostram adiens excellenciam enixius postulauit quatenus sue sacrosancte Ecclesie Astensi quamdam nostram Jmperialem. Cortem que dicitur baienne scita iuxta eiusdem loci plebem suo pertinentem episcopatui habentem per mensuram. iugera Centum milia cum extimatione legitima. cum Castello muris circumdato et aqueductu et cum omnibus terris et uillis que sunt in circuitu Sancte marie ad leucum titulum et castellum pertinentem de plebe Baiennis que sunt per mensuram iugera triginta millia a trifolido usque in bosum (2)

---

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 96 *r*. — C. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, II, 21, doc. x. — D. Ediz. parz. nei tre opuscoli *a*) *b*) *c*) citati in nota al doc. prec. — E. Ediz. parz. in Durandi, *Delle antiche città*, p. 47, e *Piem. Cisp.*, 150. — F. Cenno in Cipolla, *Di Audace vesc. d'Asti*, 155. — G. Ediz. parz. in Morozzo, I, 102. — H. Ediz. parz. in Bertano, II, 169, doc. 20, che ne contesta l'autenticità.

Digitized by Google

cum abbacia sancti dalmacij. et canonica iuxta eiusdem. Monasterij posita que uocatur Sancta maria. Et cum abbacia sancte uirginis marie. de narzolijs. et cum Ecclesia sancti Gregorij. de uilla cum terris cultis et incultis montibus et planiciebus usque in sturiam Et Ecclesia sancte marie in cerueria habente iugera sexcenta. Et Sarmadorium cum integritate montis et cum omni terra que circa ipsum montem esse uidetur habente iugera Mille septuaginta. atque eciam omnia regalia iura. bredolensis comit(t)atus et publicas fonctiones per preceptum nostre donationis iure proprietario concederemus. Cuius dignis petitionibus assensum prebentes hoc serenitatis nostre preceptum fieri decreuimus per quod predictus Episcopus heilulfus noster fidelis. suique successores qui pro tempore in eodem Astensi episcopatu ordinati fuerint habeant et possideant proprietario iure Astensis ecclesie predictam cortem de baiennis cum omni sua integritate que Supra legitur et cum omnibus Castellis uillis terris. Ecclesijs supranominatis atque cortem de nigella cum omni sua integritate et omnes cortes et terras nostri imperij publicas que sunt in comitatu bredolense inter tanagrum et sturiam cum eodem comitatu bredolense cum seruis et ancillis. Campis pratis vineis siluis pascuis montibus planiciebus. aquis aquarumque decursibus et aqueductibus. Molandinis piscationibus tam in tanagro et sturia quam in ceteris aquis et riuulis et cum omnibus que dici aut nominari possunt a publico iure et dominio in ius et proprietatem Astensis Ecclesie transfundimus et delegamus remota tocius publice potestatis inquietudine Statuentes itaque atque precipientes. iubemus ut nullus dux Episcopus Marchio Comes vicecomes Gastaldio aut ullus Minister publicus neque aliqua persona parua uel magna in rebus omnibus et familiis (3) supradictis aliquam uiolenciam aut deuastationem seu molestiam facere temptet neque prefa(c)tum Episcopatum de supradictis omnibus disuestire aut molestare sine legali iudicio presumat. Si quis uero quod non credimus contra hoc nostre donationis preceptum in aliquo uiolare aut irrumpere temptauerit. aut terram inuadere nouerit se compositurum. Auri optimi. libras Centum medietatem palacio nostro et medietatem prefate sancte Astensi Ecclesie. Et ut firmiorem in dei nomine obtineat firmitatem ueriusque credatur et diligencius. ab omnibus obseruetur. manu propria subter roborantes Anuli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domini lodouici (M) Serenissimi Jmperatoris Augusti.

Arnulfus Notarius atque Cancellarius iussu domini lodouici Jmperatoris. relectum est.

---

(2) C: boscum (3) *L. V.*: famuliis (4) *In fine della pagina, in carattere del sec.* XV: originale est adhuc

Digitized by Google

Datum v. kalendas Marcij Anno incarnacionis domini. D.CCC.II Jndicione. v^a. Anno secundo imperante domino lodouico Glorioso imperatore in italia ticinensis (4)

CCCIV (1).]15 luglio 904].

Originale habemus adhuc

Confirmatio supradictorum priuilegiorum facta a Berengario Rege

In nomine domini dei eterni. Berengarius rex si sacris. et venerabilibus. locis comoda libenter impartimur et congrue (2) morem sequimur precessorum nostrorum et id nobis ad eterne salutis premium proficere non ambigimus (3). Quapropter omnium fidelium Sancte dei Ecclesie nostrorumque presencium. silicet ac futurorum comperiat industria. Petrum reuerendissimum sancte regensis Ecclesie Episcopum nostram (4) exorasse Clemenciam. suppliciter petens. quatinus pro dei omnipotentis amore et remedio anime nostre omnia precepta que ab antecessoribus nostris seu uniuersa instrumenta cartarum (5) que a. fidelibus uiris sancte Astensis Ecclesie. nuper colla(c)ta. sunt nostre auctoritatis. confirmatione (6) eidem Ecclesie. Cui audax. in presenti tempore. presul esse uidetur (7) corroborare dignaremur. Cuius precibus tam (8) pro dei amore quamque pro eiusdem ecclesie ueneratione libenter assensum prebentes. omniaque [*per*] precepta aliorum regum uel imperatorum necnon que per cartarum instrumenta eidem ecclesie dudum a fidelibus uiris oblata sunt per hanc nostram auctoritatem prefa(c)te sancte Astensi. Ecclesie. confirmamus. Et quia presenti tempore praua atque peruersa consuetudo inolere et crescere uidetur. hac nostra regali institutione decernimus atque sanc(c)imus ut nullus dux. Comes uicecomes. sculda[*s*]cio (decanus) gastaldio decanus uel quilibet publice partis minister in rebus et possessionibus prelibate Ecclesie tam infra Ciuitatem. quamque extra. ciuitatem aliquam audeat inferre molestiam. nullus eciam hominibus residentibus in possessionibus. beate uirginis marie et sancti Secundi aliquam inferat. Calumpniam aut ab eis

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 96 *v*. — C. Ediz. in Ughelli, *It. Sacra*, IV, 342. — D. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, I, 108, doc. LXIV. — E. Ediz. Schiaparelli, *I diplomi di Berengario I*, 147, n. LI, Roma, 1903. — F. Ediz. parz. in *Risposta a)* citata in nota al doc. CCCII. — G. Ediz. parz. in Cipolla, *Di Audace*, 163.

(2) *L. V*: congrua (3) *L. V.*: ambigimur (4) *L'a è corretta su* u *da mano recente* (5) *Il tratto da* que ab *a* cartarum *manca in* D. (6) tione *è riscritto su raschiatura da mano posteriore.* (7) *L. V.*: videatur (8) *La*

Digitized by Google

aliquas exhibitiones uel iniustas redibitiones. exigere presumat nemo eciam eos distringere aut pignorare. aut per aliorum placita uentilare audeat nisi in presencia episcopi qui pro tempore ipsi Ecclesie prefuerit. Nulla denique magna paruaque publice actionis persona eos hostaticum facere compellat. aut iamdictam Ecclesiam uel suos homines theloneum ripaticum aquaticum uel aliquid quod publice parti pertinere debet aliqua occaxione dare compellat. regali eciam censura sanc(c)imus ut nulla publica persona nulliusque officij de mercatis uel Castellis super quascumque res et possessiones iamdicte astensis Ecclesie que constructa esse uidentur. aut in antea construentur. theloneum. aut aliquam fun[*c*]tionem publicam exigat. sed liceat eidem Ecclesie cum omnibus (9) suis pertinentijs et castellis atque mercatis ac reliquis possessionibus suis mobilibus et inmobilibus ac familijs utriusque sexus libellariis (10) uel cartula(c)tis (11). seu commendaticiis necnon ad eandem Ecclesiam confugientibus siue cum omnibus ad se pertinentibus securo ac pacifico ordine permanere per hoc nostre (12) concessionis et confirmationis preceptum absque calu[*m*]pnia minoratione uel contradicione cuiusquam. Contra quod nostre donationis seu corroborationis preceptum si quis quomodocumque insurgere temptauerit Nouerit se compositurum. Auri optimi libras. Centum. medietatem. Camere nostre et medietatem prelibate Astensi Ecclesie. Quod ut uerius credatur et diligencius obseruetur. manu propria roboratum Anuli nostri impressione subter iussimus insigniri.

Signum dom(i)ni (M) Berengarij. Serenissimi regis. Ambrosius. Cancellarius ad uicem. Ardingi Episcopi et Archicancellari[*i*] recognoui et subscripsi (SR)

Datum idibus IVL. Anno dominice incarnationis. D.CCCC.IIIJ. domini quoque Belengarij. puris[*s*]imi Regis. XVIJ. Jndicione VIJ^{a}. Actum in corte sancti martini In solaria in dei nomine. feliciter Amen

Jn nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo quinquagesimo tercio Jndicione sexta die primo mensis Julij Suprascripta Exempla per me Nicolinum de Corgnato subscriptum notarium sumpta ex Autenticis scriptis manibus notariorum ut supra subscriptorum. venerabili et Sapienti viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito Reuerendi in xpisto patris et domini domini Baldrachi dei et apostolice sedis gratia Episcopi Astensis. vicario generali. insinuata fuerunt et in eius presencia per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios ipso domino vicario inspiciente diligenter cum ipsis autenticis ascultata

---

t *di* tam *è riscritta su raschiatura.* (9) *L. V.*: cum omnibus cum omnibus, *ma il secondo* cum omnibus *è cancellato.* (10) *L. V.*: liberarijs (11) *L. V.*: cartulaccis (12) hoc nostre *è riscritto su raschiatura.*

Digitized by Google

Et cum ipse dominus vicarius. cognouerit ipsa et quodlibet eorum cum autenticis per ordinem concordare ut adhibeatur exemplis predictis et cuilibet eorum de cetero per quoslibet plena fides suam et Episcopalis astensis auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum dicti domini astensis Episcopi presentibus. Andreono de sancta uictoria Canonico sancte Marie de vineis in Janua Georgio dondino de monteuico clerico Sancti pauli astensis et Eusebio alamanno de Cherio clerico testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla cum infrascriptis Nicolino de bruxatis et Nicolino de corgnato notarijs Ad Autentica priuilegia dictorum dominorum Jmperatorum et regum cum sigillis ipsorum Jmpressis Coram ipso domino vicario diligenter et fideliter ascultaui ipso domino vicario inspiciente Et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato. in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo solito signaui

(S. T.) Et Ego Nicolinus de bruxatis de nouaria publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascripta exempla cum suprascripto guillelmo cuniberto et infrascripto Nicolino de corgnato notarijs ad autentica priuilegia dictorum dominorum Jmperatorum et regum cum sigillis ipsorum Jmpressa Coram ipso domino vicario diligenter et fideliter abscultaui ipso domino vicario inspiciente et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo solito signaui

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascripta Exempla ex autenticis priuilegijs dictorum dominorum Jmperatorum et regum sigillis ipsorum impressis fideliter sumpsi Et postmodum in presencia ipsius domini vicarij inspicientis una cum Guillelmo et Nicolino notarijs suprascriptis cum ipsis Autenticis diligenter ac fideliter legi et ascultaui. Et quia ipsa Exempla cum ipsis autenticis per ordinem concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo consueto signauj.

CCCV (1). [12 novembre 926].

habemus adhuc originale

AUDAX EPISCOPUS ASTENSIS

Confirmatio priuilegiorum supradictorum ab Hugone Rege.

In nomine domini dei eterni Hugo gracia dei rex: si sacris et venerabilibus locis comoda libenter impartimur. et congrua morem sequimur precessorum nostrorum et id nobis ad eterne salutis. premium proficere non ambigimus. Quapropter omnium fidelium sancte dei.

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 97 *r.* — C. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, I, 128, doc. LXXVI. — D. Cenno in Cipolla, *Di Audace*, 163.

Digitized by Google

Ecclesie nostrorumque presencium. scilicet ac futurorum comperiat (2) industria. Giselbertum. sacri palacij Comitem et dilectum nostrum fidelem nostram exorasse clemenciam. suppliciter petens quatenus pro dei omnipotentis amore et remedio anime nostre omnia precepta que ab antecessoribus nostris seu uniuersa instrumenta cartarum que a fidelibus uiris sancte Astensi Ecclesie nuper collata sunt. nostre auctoritatis confirmatione eidem Ecclesie cui audax in presenti tempore presul esse uidetur corroborare dignaremur. Cuius precibus tam pro omnipotentis dei amore quam pro eiusdem Ecclesie ueneratione libenter. assensum prebentes omnia que per precepta aliorum regum uel imperatorum. necnon que per cartarum. Jnstrumenta eidem Ecclesie dudum. a. fidelibus uiris oblata. sunt per hanc nostram auctoritatem. prefa(c)te sancte Ecclesie. Astensi confirmamus. Et quia presenti tempore praua atque peruersa consuetudo inolere et crescere uidetur. hac nostra regali institucione decernimus atque san(c)cimus ut nullus dux. Comes uicecomes. sculdasio decanus. saltarius. vicarius uel quislibet publice partis minister in rebus et possessionibus prelibate Ecclesie. tam infra Ciuitatem quam extra Ciuitatem aliquam audeat inferre molestiam. nullus eciam hominibus residentibus in possessionibus beate uirginis marie et sancti Secundi aliquam inferat molestiam. aut ab eis aliquas exhibitiones uel iniustas redibitiones exigere presumat. Nemo eciam eos distringere aut pignorare aut per per aliorum placita uentilare audeat nisi in presencia Episcopi qui pro tempore ipsi Ecclesie prefuerit. Nulla denique magna paruaque publice accionis persona eos hostaticum facere presumat aut compellat. aut iamdictam Ecclesiam uel suos homines. teloneum ripaticum aquaticum uel aliquod quod pertinere publice parti debet aliqua occaxione dare compellat. regali eciam censura sancimus ut nulla publica persona nullusque officij. de mercatis uel castellis super quascumque. res. et possessiones iamdicte Astensis Ecclesie. que constructa esse uidentur aut in antea construerentur. teloneum aut aliquam fon(c)cionem. publicam. exigat. sed liceat eidem Ecclesie. cum omnibus suis pertinencijs et Castellis atque mercatis ac reliquis possessionibus suis mobilibus et immobilibus ac familijs utriusque sexus libelarijs uel cartula(c)tis seu comendaticijs Necnon ad eamdem Ecclesiam. confugientibus. siue cum omnibus ad se pertinentibus securo ac pacifico ordine permanere. per hoc nostre concessionis et confirmationis preceptum a[*b*]sque calumpnia minoratione uel contradicione cuiusquam. Contra quod nostre donationis et corroborationis preceptum. si quis comodo-

(2) *L. V.*: comperiit (3) *L. V.*: data (4) *Indizione settembrina.*

Digitized by Google

cumque insurgere tentauerit Nouerit se compositurum auri obtimi. libras. Centum. medietatem. Camere nostre. Et medietatem prelibate Astensi Ecclesie. Quod ut uerius credatur diligenciusque obseruetur. manu propria roboratum anuli nostri impressione subter iussimus insignirj.

Signum (M) dom(i)ni vgonis gloriossimi Regis. Sigefredus Cancellarius episcopus iussu regis recognoui.

Datum (3). Anno dominice incarnationis. D.CCCC.XXVI. pridie idus Nouembris Jndicione. XV. (4) Anno uero domini hugonis serenissimi Regis primo. Actum Aste in xpisti nomine feliciter.

CCCVI (1). [5 dicembre 924].

DE CASTELLO VETERI

Concessio Castri veteris Astensis ad Ecclesiam Sancti Ambrosij facta a Rodulfo Rege Odberto et suis heredibus.

In nomine domini dei eterni. Rodulfus diuina fauente. Clemencia rex si iustis nostrorum. fidelium petitionibus nostre serenitatis aures. accomodamus nostrorum predecessorum regum et imperatorum mores. equiparamus et regni nostri statum in defficienti stabilimento. Corroboramus. Jdcirco omnium fidelium. sancte dei. Ecclesie nostrorumque presencium et futurorum comperiat industria qualiter hermingardis. Nobilissima Committissa et filij eius. Berengarius et Ascerius incliti comites nostram enisius postulauerunt clemenciam. quatenus cuidam. fideli nostro nomine odberto Castellum ue(c)tus quod coniacet in Aste cum Ecclesia. in honore sancti Ambroxij dicata sicut antiquitus fuit constructum et aliquid de alijs rebus in circuitu coniacentibus. Cui de una parte ipsius Ciuitatis astensis percurrit uia publica et de altera parte similiter uia publica. que pergit aduersus. Ecclesiam. Sancti laurencij. Et de tercia parte. terra helpera(n)di Archipresbiteri et Sancte marie usque in fossatum. qui uenit aduersus Ecclesiam. Sancti Angeli. de quarta parte percurrit ipse fossatus et via publica. in suprascripta ciuitate Astensi. et omnia que infra ista confinia adiacent

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 97 *r*. — C. Ediz. in in *M. h. p., Ch.*, I, 123, doc. LXXIII.

Osservaz. — Nel Dicembre 924 non correva la XV indizione, ma la XII romana e la XIII costantinopolitana e costantiniana. L'anno IV del regno di Rodolfo in Italia andrebbe bene secondo la cronologia del Muratori. Ammessa questa, si potrebbe con qualche fondamento supporre che il notaio De Corgnato copiando questo diploma dall'originale, abbia scambiato XII per XV, e che la vera indizione da assegnarsi a quest'atto sia perciò la XII.

Digitized by Google

que ad regiam perti(e)nent potestatem Necnon et seruientes nostros infra eamdem Ciuitatem commanentes quorum hec sunt nomina Cunimundus astisanus Germani Georgius et vualfusus. Jtem germani lubedeus et lusimundus germani et raperga soror eorum cum uxoribus et filijs cum masaricis illorum et omnibus rebus mobilibus et inmobilibus iure proprietario. illi concedere dignaremur. Quorum. petitionibus. libenter assensum prebentes decreuimus. ita fieri. Concedendo concedimus et perdonando perdonamus. eidem odberto carissimo fideli nostro suisque heredibus. Castellum ue(c)tus cum Ecclesia. Sancti Ambroxij et omnes res. sup(p)erius compre[*he*]nsas. cum omnibus pertinencijs. seruis et ancillis et omnibus mobilibus ad eosdem iuste et legaliter pertinentibus omnia in integrum ei concedimus et iussimus illi hoc nostre auctoritatis preceptum. conscribi. per quod decernimus atque iubemus ut deinceps de supranominato Castello uetere et rebus siue familijs tam ipse quam sui heredes habeant potestatem iure hereditario habendi tenendi uendendi commutandi ex nostra regali largitate plenissima. sicut lex est et iusticia unicuique homini (2) de suis proprijs facere rebus remota tocius publice potestatis inquietudine. Quicumque ergo contra hoc nostre auctoritatis. preceptum quandocumque inrumpere temtauerit aut aliquam uiolenciam inferre presumpserit sciat se compositurum auri optimi libras. triginta medietatem Camere nostre et medietatem prefacto otberto nostro fideli suisque heredibus uel proheredibus. Quod ut uerius Credatur et diligencius obseruetur manu propria roborantes. Anulo nostro. subter iussimus insigniri.

Signum dom(i)ni. (M) Rodulfi gloriosissimi Regis

MANNO CANCELLARIUS AD UICEM BEATI EPISCOPI ET ARCHICANCELLARII (3) RECOGNOUI ET SCRIPSI

Data nonis decembris Anno incarnacionis dominice. D.CCCCXXIIII. Jndicione. XV (4). Anno uero (5). domini Rodulfi Serenissimi Regis in italia. IIIJ. Actum papie feliciter (6).

CCCVII (1). [23 luglio 938].

BRUNINGUS EPISCOPUS ASTENSIS

Concessio Ecclesie Sancte Marie castri ueteris (2) et capelle Sancti Ambrosij ibidem existentis cum iuribus et bonis hic expressis facta Episcopo Astensi ab Hugone et Lotario Regibus.

IN Nomine domini dei eterni Hugo et Lotarius gracia dei. Reges si

(2) *Le tre ultime parole sono riscritte su raschiatura.* (3) *L. V.*: ARCHICANCELLARIUS (4) *Cfr. n.* (1) (5) D: secundo (6) *In fine della pagina, in carattere del sec. XV*: habemus adhuc originale

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 97 *v.* — C. Ediz.

Digitized by Google

sacris ac venerabilibus locis ex nostrarum rerum facultatibus aliquid conferimus et colla(c)ta a ceteris fidelibus confirmamus presentis et eterne uite gaudia adipisci non titubamus Quapropter omnium sancte dei Ecclesie fidelium nostrorumque presencium ac futurorum comperiat solercia. Bruningum sancte Astensis Ecclesie. venerabilem Episcopum dilectumque fidelem nostrum nostram exorasse clemenciam. quatinus prefa(c)te sancte Ecclesie in honore sancte marie constructe quod[*d*]am Castrum supra Astensem ciuitatem. s(c)itum quod Castellum uetus nuncupatur cum capella in honore sancti Ambroxij ibidem edificata cum omnibus eius pertinencijs Braydam quoque unam et pratum unum iuxta fluuium uersa ubi nuncupatur madingo et massaricia sex. cum seruis et ancillis ea. retinentibus. per nostri precepti paginam donare et concedere confirmare quoque et corroborare dignaremur. Cuius petitionibus libenter fauentes pro. dei amore animarumque nostrarum remedio pretaxate sancte astensi Ecclesie per hoc nostrum preceptum donamus iuste et legaliter concedimus atque largimur Jnsuper confirmamus et corroboramus predictum Castrum quod Castellum uetus numcupatur supra Astensem Ciuitatem. s(c)itum cum predicta capella in honore sancti Ambroxij edificata et omnibus rebus ibidem pertinentibus cum muris et fossatis cum brayda et prato una cum cas(s)is et massaricijs ac familijs utriusque sexus quorum nomina sunt. Secundus cum muliere sua louemperga. Resto cum muliere sua Almelberga Astisianus augenia lubedeo hodo. georgius. benedicta Jussimundus (*sic*) maziuerga grimaldus (3). Jngelberga cum filijs et filiabus illorum seu cum sediminibus. Campis vineis terris pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus. molandinis. piscationibus. montibus. uallibus planiciebus omnibusque rebus et familijs totum in integrum sicut superius comprensum est funditus concedimus et omnino confirmamus Si quis igitur huius precepti uiolator extiterit. sciat se compositurum. Auri optimi. libras. Centum. medietatem camere nostre et medietatem parti predicte sancte Astensis Ecclesie. Quod ut uerius credatur et diligencius obseruetur manibus proprijs roborantes anuli nostri impressione subter insigniri fecimus

Signum Serenissimorum (M) Hugonis et Lotarij. regum

---

in Ughelli, *It. Sacra*, IV, 346. — D. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, I, 143, doc. LXXXVII. — E. Ediz. parz. in *Risposta b*) citata in nota al doc. CCCII. — F. Cenno in Cipolla, *Di Audace*, 266, e *Di Brunengo vesc. d'Asti*, in *Miscell. st. ital.*, XXVIII, 401 e 482.

(2) *L. V.*: Concessio castri veteris et Ecclesie Sancte Marie (3) D: Erimaldus (4) D: Ottonis (5) *L. V.*: dato

Digitized by Google

Gisprandus. Cancellarius Ad uicem Attonis (4) Episcopi et Archicancellarij recognoui.

Datum (5) decimo kalendas Augusti. Anno incarnationis dominice. D.CCCC.XXXVIIJ Anno domini hugonis piissimi. Regis. XIII. lothari uero. VIII. Jndicione XI. Actum papie feliciter Amen.

Jn nomine domini. Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo quinquagesimo tercio. Jndicione sexta die primo mensis Julij Suprascripta Exempla per me Nicholinum de corgnato notarium subscriptum sumpta ex autenticis originalibus scriptis manibus notariorum ut supra subscriptorum. venerabili et sapienti viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et apostolice sedis gracia Episcopi Astensis vicario generali insinuata fuerunt et in eius presencia per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios diligenter cum ipsis autenticis ascultata ipso domino vicario inspiciente. Et cum ipse dominus vicarius cognouerit ipsa et quodlibet eorum cum autenticis per ordinem concordare ut Exemplis predictis et cuilibet eorum tamquam autenticis originalibus prefatis adhibeatur de cetero per quoslibet plena fides. suam et episcopalis Astensis auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum domini Astensis Episcopi presentibus Andreono de sancta uictoria Canonico Sancte Marie de vineis in Janua. Georgio dondino de monteuico clerico sancti pauli Astensis et Eusebio alamanno de cherio clerico testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius. Suprascripta exempla cum infrascriptis nicolino de bruxatis et Nicolino de corgnato notariis ad autentica priuilegia dictorum dominorum Jmperatorum et regum cum sigillis ipsorum Jmpressa Coram ipso domino vicario diligenter et fideliter Abscultaui ipso domino vicario Jnspiciente Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et Signo meo solito signaui:

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Bruxatis de nouaria publicus Jmperiali auctoritate notarius Suprascripta exempla cum guillelmo cuniberto suprascripto et nicolino de corgnato Jnfrascripto notario ad autentica priuilegia dictorum dominorum Jmperatorum et regum cum sigillis ipsorum Jmpressa Coram ipso domino vicario diligenter et fideliter abscultaui ipso domino vicario Jnspiciente et quia vtraque concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo solito signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de corgnato de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascripta Exempla ex autenticis priuilegijs dictorum dominorum Jmperatorum et regum sigillis eorum impressis fideliter sumpsi Et postmodum in presencia ipsius domini vicarij inspicientis. una cum Guillelmo et Nicolino notarijs suprascriptis diligenter Ac fideliter legi et ascultaui cum autenticis antedictis. Et quia ipsa exempla cum ipsis autenticis concordare inueni

Digitized by Google

de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium cum signo meo consueto me subscripsi.

CCCVIII (1). [20 maggio 969].

DOMINIUM CIUITATIS ASTENSIS

Donatio ciuitatis Astensis usque ad quatuor miliaria facta Episcopo Astensi.

Nota de Sancto Secundo

ROZO EPISCOPUS ASTENSIS

CORPUS SANCTI SECUNDI

Donatio Ottonis Jmperatoris usque ad quatuor migliare circumquaque cum fiumine tanagri Abbacie Sancti Bartholomei Astensis et Castelli veteris cum reliquis hic expressis facta Ecclesie Sancte Marie Astensis et Episcopo in qua est sepultum corpus Sancti Secundi

(C) (2) IN Nomine sancte et indiuidue trinitatis Octo diuina fauente gracia. Jmperator Augustus si preclaro retribucionis. fo[*eno*]re ditatur qui sanctis locis deo dicatis sua concesserit aud inmerito (3) prosperabitur qui collata ut sincere a cultoribus Ecclesiarum dei detineantur. sua auctoritate (4) corroborauerit. Quocirca omnium sancte dei fidelium nostrorumque presencium ac futurorum Nouerit industria qualiter. Lambertus. sancte parmensis Ecclesie venerabilis Episcopus insignis quoque Archicancellarius nostram adiit celsitudinem ut (5) pro dei amore animeque nostre remedio omnia sancte Astensi(s) Ecclesie in honore sancte dei genitricis semperque uirginis marie dicate ubi sacratissimum corpus sancti Secundi. humatum quiescit. Cui auctore deo nostrique examinis gracia Rozo Episcopus deseruit. a predecessoribus nostris. tam regibus. quam. imperatoribus atque a religiosis viris conlata nostra imperiali censura confirmare et corroborare dignaremur. Cuius digne peticioni assensum prebentes eiusdemque dei genitricis semperque

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 98 *r*. — C. Ediz. UGHELLI, *Ital. sacr.*, IV, 348. — D. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.*, I, 221. doc. CXXXII. — E. Ediz. in *M. G. h.*, *Diplom.*, I, 513, n. 374. — F. Ediz. parz. in DURANDI, *Delle antiche città*, 85. — G. Reg. in BÖHMER, *Reg.*, 359. — H. Reg. in STUMPF, *Reg.*, 467. — I. Cenno in CIPOLLA, *Di Rozone vesc. d'Asti*, pp. 8 segg., Torino, 1891 (estr. *Mem. Acc. Sc. Tor.*, II, XLII). — L. Cenno in BOSIO, *St. Chiesa d'Asti*, 184. — M. Cenno in MOROZZO, I, 103. — N. Cenno in BERTANO, II, 180, doc. 34.

(2) *L. V.*: X (3) *L. V.*: aut in merito (4) *In* D *manca* sua auctoritate

Digitized by Google

uirginis marie sanctique Secundi martyris implorandam assidue opem considerantes. hoc preceptum fieri iussimus per quod tam in cultis quam in incultis locis. omnes plebes. Cortes Castellum uetus integre Cetera. quoque. Castella uillas. mansos necnon utriusque sexus. familias. domos quoque possessiones et integerime districtum et theloneum ipsius Ciuitatis in circuitu et circumquaque usque ad quatuor miliaria atque tanagri fluminis omnem ripaticum et aquaticum. Abbaciolas quoque unam de agiano in honore sancti Bartholomei apostoli et pedonensem. Abbaciam et canonicam in honore quondam sancti dalmacij martiris dicatas cum omnibus rebus ad predictas Abbaciolas integerrime pertinentibus in quibuscumque Comitatibus seu locis. lomgbardie et italici regni adiacentibus. Cortem quoque de campello cum silua et omnibus ad se pertinentibus et siluas de andona et banale. ceterasque siluas. cum omnibus pertinencijs suis seu eciam cuncta (6) habita tenta atque possessa ad partem ipsius sedis a quolibet predecessore presentis episcopi atque omnia aliquo inscriptionis et donacionis titulo hactenus. donata et collata seu trad(d)ita predicte sancte Astensi Ecclesie a quibuscumque hominibus. Concedimus donamus confirmamus et corroboramus. una cum uineis. Campis pratis pascuis zerbis. montibus uallibus. Collibus planiciebus siluis insulis. frascarijs. buscaris stallarijs rip(p)is rup(p)inis aquis aquarumque decursibus. molandinis piscationibus omnia cum omnibus rebus que dici uel nominari possunt ad predictam Episcopi sedem in integrum pertinentibus. Et per hoc nostre confirmationis preceptum. de nostro et regni iure et dominio in prefa(c)te sancte Astensis Ecclesie. ius et dominium omnino transfundimus ac delegamus. ut deinceps et imposterum perhennibus temporibus habeat teneat. firmiterque possideat iure proprietario. omnium hominum contradictionis inquietudine remota. Jnsuper. Concedimus atque largimur ut presenti episcopo et successoribus eius ubicumque uoluerint et preuiderint in omnibus locis prenominate sancte sedi pertinentibus liceat Castella turres merulos. moni(c)tiones ualla fossas et fossata cum propugnaculis struere et edificare. vias quoque libere incidere aquas trahere et aqueductus et molandinos facere cuiuslibet hominis omnino contradicione remota. Preterea concedimus atque largimur ut in tanagro flumine prope aste et masium. Cortem. portus nauium. omni tempore predicta Ecclesia. habeat ad transmeandum quicquid neccesse ibi omni homini. fuerit. et theloneum ad utilitatem ipsius Ecclesie accipiatur. et mercata in territorio quadringenti quocienscumque in anno prelibatus Episcopus aut successores ipsius uoluerint struere facere et theloneum accipi ad partem. luminarium. Ecclesie Sancti dalmaci predicte plebis. Denique per hanc nostre corroborationis

Digitized by Google

paginam Concedimus donamus atque confirmamus. ut omnis incola seu colonus atque habitator et residens. terre et terrarum atque ullius Castri Sancte dei genitricis semperque uirginis marie sanctique secundi. prenominate sedi a nullo homine per placitum aut per legem distringatur. [*uel*] dilanietur nisi ante pretaxate sancte ecclesie presulis suique missi presenciam et talem legem ibi faciant qualem ante nostram aut nostri comitis palacij presenciam. facere debuerant. Statuentes itaque nostra imperiali auctoritate iubemus ut deinceps nullus. dux. marchio Comes uicecomes sculdassio. gastaldius aut ullus rei publice exactor seu alia quelibet magna paruaque persona regnorum nostrorum prefa(c)tum Episcopum eiusque successores de predictis plebibus et cortibus omnibusque rebus mobilibus et immobilibus disuestire molestare aut inquietare aliquem ex suis colonis mansionaticum in aliquo suorum locorum facere. theloneum aut ullam publicam fonctionem exigere audeat. sed liceat. eamdem sanctam dei. Ecclesiam eiusque vicarios quiete et pacifice omnia tenere regere et gubernare. omni molestia et contradictione cuiuslibet hominis remota Si quis igitur. quod non credimus temerarius huius nostri precepti uiolator extiterit sciat se compositurum auri optimi libras. Mille. medietatem Camere nostre et medietatem iamdicto Episcopo suisque successoribus. Quod ut uerius credatur. diligenciusque ab omnibus osseruetur manu propria roborantes Annuli nostri impressione subter insigniri iussimus.

SIGNUM DOM(I)NI OTTONIS (M) INUICTISSIMI IMPERATORIS AUGUSTI

AMBROSIUS CANCELLARIUS AD UICEM UBERTI EPISCOPI ET ARCHICANCELLARIJ RECOGNOUI et subscripsi (SR)

Datum (7). XIII. kalendas. iunias. Anno dominice incarnacionis. D.CCCCLXVIII Jmperij uero domini ottonis piissimi cesaris. VIII Jndicione. XII. Actum in romania prope Castellum quod dicitur Conca. supra fluuium cesorana in silua de colla tritane in dei nomine feliciter Amen.

CCCIX (1). [23 maggio 954].

de sancto dalmacio

BRUNINGUS EPISCOPUS ASTENSIS

Concessio mercati per Belengarium et Albertum Reges in plebe quadringenti constructa in honore Sancti Dalmacij ubi quiescit eius corpus.

IN Nomine sancte et indiuidue trinitatis. Belengarius et Adelbertus diuina prouidente Clemencia Reges si iustis ac racionabilibus peticio-

(5) *L. V.*: ita (6) *L. V.*: conta (7) *L. V.*: Data

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 98 *v.* — C. Ediz. in

Digitized by Google

nibus ad aures pietatis nostre Accomodamus prumciores eos in nostro permanente obsequio minime ambigimus. Quocirca omnium. fidelium sancte dei Ecclesie. nostrorumque presencium silicet ac futurorum. nouerit deuocio qualiter interuentu ac petitione vualperti venerabilis Archipresulis nostrique amabilis fidelis per hanc nostri precepti paginam prout iuste. et legaliter. possumus Concedimus atque perdonamus. Episcopo sanctissimo Sancte Ecclesie Astensis. burningo nostroque fideli dilecto licentiam ac potestatem quatinus in plebe quadringenti que in honore sancti dalmaci martiris constructa esse uidetur cuius corpus. inibi requiescit mercatum existat singulis quibusque kalendis inibi celebretur et prefa(c)tum mercatum cum theloneo et publica functione et quicquid regie nostre pertinere uidetur parti. predicte plebi. Concedimus. donamus atque largimur necnon a. nostro iure et dominio in prefa(c)te plebis ius et dominium omnino transfundimus ac delegamus ut habeat. teneat firmiterque possideat in perpetuum San(c)cientes ut nullus dux. Marchio. Comes. uicecomes sculda[s]cio aut aliquis publicus exactor prefa(c)tam plebem de pretaxato mercato in aliquo inquietare aut molestare presumant aut aliquam uiolenciam agere. Si quis. ergo hoc nostrum preceptum infringere tentauerit. sciat se compositurum Auri optimi libras. Centum. medietatem Camere nostre et medietatem prefa(c)te plebi. Quo ut uerius credatur diligenciusque ab omnibus obseruetur manibus proprijs roborantes Anulo nostro subter iussimus insigniri

SIGNUM SERENISSIMORUM (M) BELENGARIJ ET ADELBERTI REGUM

JOHANNES CANCELLARIUS AD UICEM UUIDONIS EPISCOPI ARCHICANCELLARI RECOGNOUJ.

Datum (2). decimo kalendas. iunii. Anno dominice incarnationis. D.CCCCLIIII. Regni uero Berengari et Adelberti regum (3). IIIJ. Jndicione duodecima. Actum papie feliciter Amen.

Jn Nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo quinquagesimo tercio. Jndicione sexta. die primo mensis Julij. Suprascripta Exempla per me Nicolinum de corgnato subscriptum notarium sumpta ex autenticis scriptis manibus notariorum ut supra subscriptorum venerabili et Sapienti viro domino Guilleimo de bruxatis iuris utriusque perito Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et apostolice sedis gracia Episcopi Astensis vicario. generali insinuata.

GHILINI, *Ann. d'Aless.*, 336. — D. Ediz. in UGHELLI, *It. Sacra*, IV, 346. — E. Ediz. in *M. h. p., Ch.*, I, 173, doc. CV. — F. Ediz. parz. in *Risposta b)* citata in nota al doc. CCCII, pag. 14. — G. Cenno in CIPOLLA, *Di Brunengo*, 370.

(2) *L. V.*: Data (3) *Lo spaziato è in sopralinea.* (4) *L. V.*: priuilegia. priuilegia

Digitized by Google

fuerunt et in eius presencia per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios ipso domino vicario inspiciente diligenter cum ipsis autenticis ascultata. Et cum ipse dominus vicarius cognouerit ipsa et quodlibet eorum cum autenticis originalibus per ordinem concordare ut exemplis predictis et cuilibet eorum tamquam autenticis originalibus adhibeatur de cetero per quoslibet plena fides suam et episcopalis astensis auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum dicti domini astensis Episcopi presentibus Andreono de Sancta uictoria canonico. sancte marie de vineis in Janua. Georgio dondino de monteuico clerico Sancti pauli Astensis et Eusebio alamanno de cherio clerico testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla cum infrascriptis Nicolino de corgnato et Nicolino de bruxatis notarijs Ad Autentica priuilegia (4) dictorum dominorum Jmperatorum et Regum cum sigillis ipsorum impressa Coram ipso domino vicario diligenter et fideliter abscultaui ipso domino vicario Jnspiciente et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui

(S. T.) Et Ego Nicolinus de bruxatis de nouaria publicus Jmperiali auctoritate notarius Suprascripta exempla cum suprascripto guillelmo cuniberto et Jnfrascripto nicolino de corgnato notariis ad autentica priuilegia dictorum dominorum Jmperatorum et regum cum sigillis ipsorum impressa Coram ipso domino vicario diligenter. et fideliter abscultaui ipso domino vicario inspiciente et quia vtraque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo solito Signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de baennis inferioribus. Astensis diocesis. publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta Exempla ex autenticis priuilegijs dictorum dominorum Jmperatorum et Regum ipsorum sigillis munimine roboratis fideliter sumpsi. et postmodum in presencia ipsius domini vicarij inspicientis una cum Guillelmo et Nicolino notarijs suprascriptis diligenter ac fideliter cum ipsis Autenticis ascultaui. Et quia ipsa exempla cum ipsis autenticis concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato ad ipsorum exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo consueto signaui;

CCCX (1). [19 luglio 992].

CIUITAS ASTENSIS EST EPISCOPI ASTENSIS

originale est adhuc

ROZO EPISCOPUS ASTENSIS

DE FLUUIO TANAGRI

Confirmatio priuilegiorum Ottonis cum alijs additionibus et donationibus hic expressis.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis (2) Octo diuina fauente Cle-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 99 *r.* — C. Ediz.

Digitized by Google

mencia. Rex Si peticionibus. Episcoporum dei quas nostris auribus patefecerint libenter. Annuimus et ef[f]ectum tribuimus. hoc nobis. procul. dubio et ad temporalem. gloriosius uitam transiendam et ad eternam felicius obtinendam. beatitudinem. pertinere. Confidimus. Quocirca. omnium Sancte dei Ecclesie. Ac nostrorum. presencium. scilicet et futurorum noscat solercia quod interuentu. et peticione nostre domine Auie Adheleide. Jmperatricis auguste. Petrus sancte Astensis Ecclesie episcopus nostram efflagitans adiit celsitudinem quatinus. Sibi sueque ecclesie in honore sancte dei genitricis marie edificate et sancti Secundi martiris secundum nostrorum antecessorum. Jmperatorum siue Regum uidelicet Aui et patris nostri precepta et nostrum eciam quod Episcopo. Rozoni fecimus. totum Episcopatum Astensem cum integro districto. Ciuitatis cum quatuor Miliarijs in circuitu nostre confirmationis et donationis precepto corroborare et largiri. dignaremur. Cuius petitionem iustam ducentes Confirmauimus sibi sueque Ecclesie quicquid sui antecessores adquisiuerunt per precepta aut per aliqua scriptorum Jnstrumenta uidelicet quicquid ad publicum. ius pertinet in telonei et mercati redibitione seu aquatici atque ripatici pertinere uidetur cum integro alueo fluminis. tannari ex ambabus ripis ita ut decurrit per totum suum Episcopium. ut ubicumque placet aut successoribus suis Construant sibi molandina aut alia nec(c)essaria uerum eciam Ciuitatem et Castella cum omnibus integritatibus et adiacentijs suis cum quatuor miliarijs in circuitu cum placitis et omnibus publicis uectigalibus et quidquid terrarum publice rei est tam infra Ciuitatem et Castella quam extra infra totum Episcopatum aut Comitatum Astensem. Necnon eciam terras mortuorum de suo episcopio qui de hoc seculo transierunt uel transeunt sine heredibus sibi sueque Ecclesie. Concessimus et in eius dominium transfundimus cum seruis et ancillis cum Aldionis et aldianis. cultis et incultis. siluis et desertis pascuis et buscalibus Aquis aquarumque ductibus piscacionibus et venationibus et cum omnibus que dici uel nominari possunt volentes eciam Jubemus [*ut*] nullus habitator in Castellis aut uillis sui episcopij ad placitum alicuius Comitis uel hominis nisi ad Episcopi placitum. aut sui nuncij uadant aud legem faciant concessimus ei eciam ut negociatores sue Ciuitatis ubicumque uelint habeant licenciam negociandi. sine contradictione alicuius hominis. eo uidelicet ordine hec (3) omnia

---

in *M. h. p.*, *Chart.*, I, 289, doc. CLXXII. — D. Ediz. in *M. G. h.*, *Diplom.*, II, 509, n. 99. — E. Ediz. parz. in UGHELLI, *It. sacra*, IV, 350. — F. Ediz. parz. in CIPOLLA, *Di Rozone*, 27. — G. Cenno in STUMPF, *Reg.*, 971.

(2) *L. V.*: trinitrinitatis (3) *L. V.*: ac (4) *L. V.*: molestari (5) *Lo spaziato è in sopralinea.* (6) *L. V.*: Data.

Digitized by Google

corroboramus et Confirmamus ut nullus dux. Archiepiscopus Marchio. Episcopus. Comes uicecomes sculdasius. gastaldius uel aliquis publice rei exactor magna paruaque nostri regni persona inquietare molestare (4) disuestire suprascriptum Petrum Astensem Episcopum aut successores suos de omnibus que scripta uidentur in preceptis aut scriptis que sui antecessores. adquisiuerunt uel ipse adquisiuit presumat. Et si inuentus fuerit qui contra hoc nostre confirmationis necnon donacionis preceptum. Agere presumpserit. sciat se compositurum Quingentas libras Auri optimi medietatem nostre Camere et medietatem sepenominato Petro episcopo Astensi et successoribus suis. quos inquietauerit. Quod ut uerius credatur diligenciusque ab omnibus obseruetur manu propria subter confirmantes sigilli nostri impressione annotare Jussimus.

SIGNUM DOMINI OTTONIS (M) GLORIOSISSIMI REGIS

Adebaldus Episcopus et Cancellarius ad uicem vuilligiSi Archiepiscopi et A r c h i(5)Cancellari[i] Recognoui et subscripsi. Datum (6). XIIII. kalendas. Augusti. Jndicione. V^a^. Anno dominice Jncarnationis. DCCCC.XCIJ. Anno uero. domni. Ottonis tercij regnantis. VIIII. Actum in molihuson feliciter amen.

CCCXI (1). [18 giugno 1037].

OBERTUS EPISCOPUS ASTENSIS

Exemptio transitus mercium facta a Conr(r)rado Jmperatore

(C) IN Nomine sancte et indiuidue trinitatis. Conradus diuina fauente Clemencia romanorum. Jmperator Augustus quicquid Ecclesijs dei aut sanctarum Ecclesiarum cultoribus concedimus glorie eternitatis quam occulus non uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit pro qualitate muneris retribucionem promereri credimus. vnde notum esse uolumus omnibus xpisti nostrisque fidelibus tam presentibus quam futuris. qualiter Obertus Sancte Astensis ecclesie designatus Episcopus quem dei ordinatione ipsi Ecclesie proposuimus nostram excellentiam adiens rogauit sue Ciuitatis Astensis. Ciuibus per uallem seuuesem (2) et per omnes ualles et per omnia montana et per uias asperas et planas et per transitus aquarum et per angiportus paludium tocius nostri regni per quas. Ceteri Mercatores nostri imperij uite presentis solent conquirere subs(c)idium liberos concederemus. Exitus et reditus. Cuius

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 99 *r*. — C. Ediz. in UGHELLI, *It. Sacra*, IV, 354. — D. Ediz. in *M. h. p.*, *Ch.* I, 513, doc. CCC. — E. Ediz. parz. in MOROZZO, I, 104.

Digitized by Google

petitionibus libenter assencientes remota tocius publice potestatis inquietudine firmiter precipimus. ut nullus dux. Episcopus Marchio Comes uicecomes gastaldio aut ullus Minister publicus neque aliqua magna uel parua persona aliquam uiolenciam. seu molestiam eis facere temptet aut ab eis aliquid exigere presumat propter thelonea. per regnum nostrum imperialiter statuta que et iam Ceteri nostri imperij Mercatores iure legali hactenus soluebant. Si quis uero quod non credimus contra. hoc nostre donacionis preceptum resistere temptauerit sciat se compositurum auri optimi libras Centum Medietatem nostre Camere et Medietatem Sancte prefacte Astensi Ecclesie. Quod ut uerius credatur diligenciusque ab omnibus obseruetur manu propria subter roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

SIGNUM DOMINI CONRADI INUICTISSIMI ROMANORUM IMPERATORIS (M) AUGUSTI

Kadello(u)us. Cancellarius uice hermani (3). Archicancelari[i] recognouit.

Datum XIIII. kalendas Julii Anno dominice incarnationis M°XXXVII. Jndicione. V. Anno autem domni. Conradi regis. XIII. Jmperij. XJ. Actum ad lacum gardensem im pratis sancti daniehelis feliciter amen. (4)

CCCXII (1). [25 aprile 1093].

(ACTO) [OTTO] EPISCOPUS ASTENSIS

OGERIUS EPISCOPUS IPOREGIENSIS CANCELLARIUS

Castrum (2) **Carasoni Ecclesie donatum ab Henrico IIJ**

IN nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Henricus diuina Fauente CLemencia. tercius. Romanorum Jmperator Augustus. Jmperij nostri perpetuam gloriam et substentationem esse nullatenus dubitamus. si iustis peticionibus nostrorum fidelium. hylari uelocitate condescendere Curamus. Quod deo placet apostolo dicente hylarem datorem diligit deus. Si enim merito laudantur qui laudabiliter seruiunt et merito laudari debent qui iuxta suorum fidelitatem larga manu premia reddunt. Cum Autem. ad omnia racionabiliter esse presto. debeamus. rectius agimus ac salubrius. si sancte Curam. Ecclesie eius oppressionibus occurrendo habere studeamus. Quare propter deum et anime nostre

(2) D: secusiensem (3) *L. V.*: hermanus (4) *In fine della pagina, in carattere del sec. XV:* originale habemus adhuc

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 99 *v.* — C. Ediz. in MORIONDO, *Mon. Aq.*, II, 312. — D. Ediz. parz. in UGHELLI, *It. Sacra*, IV, 359. — E. Ediz. parz. in DURANDI, *Piem. Cispad.*, 358.

(2) Castrum *è scritto sopra* castrum caraxone, *di altra mano del sec. XV.*

Digitized by Google

salutem. prudenti consilio. O[gerij]. yporiensis. Episcopi nostri Cancellarij et. O[dalrici]. Aquilegiensi[s] patriarche Burcardi Marchionis Arditionis de Castello. aliorumque nostrorum fidelium et humili peticione. Ottonis Astensis Electi Astensi Ecclesie sancte marie. Castrum. Carasone et uillam cum omnibus ad utrumque pertinentibus tam intus quam exterius ubicumque iaceant per hanc preceptalem paginam perhemni iure concedimus. Si quis ergo dux Marchio. Comes uicecomes. uel quelibet persona cuiuscumque conditionis sit aliquo in tempore contra hoc nostre institutionis preceptum aliquo facto (3) [*uel*] aliquo machinamento insurgere temtauerit indubitanter. sciat se nostre Camere Mille libras Auri redditurum medietatem quarum Ecclesie Astensi. persoluiturum. Et ut omni tempore firmum et ratum ab omnibus habeatur presens ymaginacio nostri sigilli patenter demonstratur.

Signum domini henrici tercij Jnuictissimi Jmperatoris Augusti (M)

Ego Ogerius dei gracia yporegiensis Episcopus Cancellarius recognoui.

Anno dominice incarnationis Millesimo Nonagesimo tercio Jndicione. I. Regnante henrico Jmperatore XXX.VIIII. Anno. Jmperante nono. Actum est papie in festiuitate marci(j) euangeliste in dei nomine feliciter.

CCCXIII (1). [s. d.].

Originale habemus

ODDO EPISCOPUS ASTENSIS

Astensis comitatus Episcopo astensi

Concessio Comitatus Astensis facta ab Henrico Jmperatore

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Henricus (2) dei gracia romanorum Jmperator Augustus (3).

Sanum esse nouimus et utile ualde consultis nostrorum peticionibus fidelium semper bona uoluntate cumdescendere cum constet regni con-

---

(3) *L. V.*: fastu

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 99 v. — C. Ediz. parz., molto scorretta, in Durandi, *Piem. Cispad.*, 352. — D. Ediz. parz. in Grassi, *St. d'Asti*, I, 93. — E. Ediz. parz. in Bosio, *St. Ch. d'Asti*, 163. — F. Cenno in Valente, *Il Com. astig.*, 13. — G. Reg. in Carutti, *Reg. com. Sab.*, 82. — H. Ediz. parz. in Morozzo, I, 408. — I. Cenno in Gabotto, *Asti e la politica sabauda in Italia*, 8, n. 4.

Osservaz. — Il primo ed il secondo monogramma presentano una forma insolita e sospetta. L'espressione «Cesaris» in fine è pure molto strana accanto all'«Augustus» iniziale.

(2) Henricus *è in monogramma.* (3) avgvstvs *è in monogramma.* (4)

Digitized by Google

cordiam non dissipare rem publicam. sed fouere. Quum sicut nostrum est munere diuine pietatis ad honorem summi Regis et comunem utilitatem uiriliter regere romanorum imperium atque def(f)endere sic omnium xpistianorum est eorum quidem maxime qui sub nostro degunt regimine recte rei publice pro qua pugnare non cessamus consulere et ei ipsi uigilanter prouidere Jgitur eis assencientes quorum nos non fallit in hac tempestate sentencia propter deum et Eternum anime nostre remedium celeberimo consilio. Ogerij iporiensis Episcopi nostri Cancellarij aliorumque nostrorum fidelium et humili peticione Oddonis Astensis. Episcopi Astensi Ecclesie Sancte marie uirginis Comitatum qui est infra Astensem Episcopatum et eiusdem Episcopatus Consecrationem et quicquid ad eum pertinet sicut illum habuit et tenuit adheledis comitissa beate memorie unum Annum ante diem obitus sui Salua nostra iusticia inuiolabili iure Concedimus ex integro donamus atque firmamus. Si quis igitur dux marchio Comes uicecomes aut alia quelibet magna uel parua persona hanc preceptalem (4) paginam uiolare presumpserit Mille libras auri boni Compositurus banno nostro subiacebit medietatem nostre Camere et medietatem predicto. Episcopo eiusque successoribus. vt autem ab omnibus inuiolabiliter obseruetur impressione nostri sigilli decoratum roboratur.

Signum domni henrici Romanorum Cesaris (*sic*) inuictissimi (M) (5) Atque piissimi.

Jn Nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo quinquagesimo tercio Jndicione sexta die primo Julij Suprascripta Exempla per me Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum sumpta ex autenticis scriptis manibus notariorum ut supra subscriptorum venerabili viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et apostolice sedis gratia episcopi astensis vicario generali insinuata fuerunt et in eius presencia per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios diligenter cum ipsis autenticis ascultata ipso domino vicario inspiciente Et cum ipse dominus vicarius cognouerit ipsa et quodlibet eorum cum autenticis originalibus per ordinem concordare ut adhibeatur exemplis predictis et cuilibet eorum de cetero plena fides suam et episcopalis Astensis auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum presentibus Andreono de sancta uictoria canonico sancte Marie de vineis in Janua. Georgio dondino de Monteuico clerico sancti pauli Astensis et Eusebio alamanno de cherio. clerico testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascripta Exempla cum infrascriptis Ni-

---

L. V.: hanc preceptalem persona (5) *Questo monogramma è simile a quello del precedente diploma, ma presenta tuttavia qualche piccola differenza.*

Digitized by Google

colino de bruxatis et Nicolino de corgnato notarijs ad Autentica priuilegia dictorum dominorum Jmperatorum et Regum cum sigillis ipsorum impressa coram ipso domino vicario diligenter et fideliter Ascultaui Et quia vtrumque Concordare Jnueni ipso domino vicario Jnspiciente et de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo solito signauj.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de bruxatis de nouaria publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascripta exempla cum suprascripto Guillelmo cuniberto et infrascripto nicolino de corgnato notarijs ad autentica priuilegia dictorum dominorum Jmperatorum et regum cum sigillis ipsorum impressa coram ipso domino vicario diligenter abscultaui et fideliter. Et quia vtrumque concordare inueni ipso domino Jnspiciente et de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo solito signaui.

(S. T.) Et Ego Nicolinus de corgnato de baennis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascripta Exempla ex autenticis priuilegijs dictorum dominorum Jmperatorum et regum sigillis ipsorum impressis fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia ipsius domini vicarij inspicientis una cum Guillelmo et Nicolino suprascriptis notarijs diligenter ac fideliter ad ipsa autentica legi et ascultaui. Et quia ipsa exempla cum ipsis Autenticis concordare per ordinem inueni de ipsius domini vicarij mandato in eorumdem exemplorum plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo consueto signauj.

CCCXIV (1). [circa 1093].

Castrum lauegie

CURTIS [CERISOLE]

ALRICUS EPISCOPUS FRATER MANFREDI SABAUDIA (*sic*)

OTTO EPISCOPUS ALBENSIS (*sic*)

Concessio Henrici Jmperatoris

IN Nomine Sancte et indiuidue trinitatis Henricus (2) diuina gracia Romanorum Jmperator. Augustus Vt cum psalmista in leticie spiritu et exultationis dicere possimus domine decorem domus tuae dileximus ad decorandum eam atque sublimandum ad honorem eius cui nichil preponendum est incessanter insudare. debemus. Euidenter enim cognouimus et indubitanter scimus. si sanctam dei Ecclesiam que est in xpisto mater omnium xpistianorum decorare studuerimus atque sublimare longeui erimus super terram. sicut scriptum est. honora pa-

(1) FONTI. — L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 100 *r*. — C. Ediz. parz. in TERRANEO, *Adelaide illustrata*, II, 196. — D. Ediz. parz. in DURANDI, *Piem. Cispad.*, 358. — E. Ediz. parz. in BERTANO, II, 197, doc. 79, con data « 1092 ? ».

(2) HENRICVS *è in monogramma*. (3) E: Seuegiensis (4) *L. V.*: p̄comen-

Digitized by Google

trem tuum et matrem tuam ut sis longeuus super terram. Quapropter ut eterne beatitudinis felicitatem anime nostre preparemus sano consilio Ogerij yporegiensis Episcopi nostri fidelissimi cancellarij et grato interuentu Conradi. regis dilectissimi filij nostri et humilima peticione Ottonis venerabilis electi sancte Astensis Ecclesie aliorumque plurimorum nostrorum bonorum fidelium. Concedimus et concedendo stabiliter firmamus. sancte Astensi Ecclesie medietatem Castri lauegie et medietatem silue blesie et medietatem potestatis. liberorum hominum eiusdem nunc dicti Castri atque terciam partem leuegiensis (3) curtis secundum quod inde inter se co[*n*]uenerunt Astensis episcopus et Albensis cum omnibus eorum pertinencijs exceptis hijs que ibi habebat ac tenebat Astensis Ecclesia. Addimus autem huic concessioni Curtem cerisole de bosco sicut Marchio Manfredus. et Berta commitissa et Alricus episcopus eam pro salute animarum suarum dederunt Monasterio sanctorum apostolorum. Concedimus eciam eidem Ecclesie. Abbaciam sancti dalmacij pedonensis (4) ex integro. sicut pater et Auus. beate memorie noster ipsam ei concesserunt atque firmauerunt uelut in eiusdem preceptis ecclesie legitur. hanc per omnia concessionem firmamus et salua nostra modis omnibus iusticia memoratam Ecclesiam perhennitus habere uel tenere sine molestia eam ipsam concedimus. Si quis igitur dux marchio. Comes vicecomes. gastaldio uel alia quelibet persona magna uel parua cuiuscumque conditionis fuerit hanc preceptalem paginam uiolauerit procul dubio. Centum libras optimi auri compositurus. banno nostro subiacebit medietatem nostre Camere et medietatem predicto Ottoni electo uel eius successoribus Astensis Ecclesie pontificibus. Hoc igitur inuiolabiliter corroborat. imperialis imaginacio nostri sigilli et decorat;;;

SIGNUM DOMNI HENRICI INUICTISSIMI ROMANORUM JMPERATORIS (5) ATQUE PIISSIMJ

Ego Ogerius dei gracia hyporegiensis. Episcopus et Cancellarius uice Erimanni Coloniensis Archiepiscopi et Archicancellarij recognouj.

Jn nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem M°CCC°L°III°. Jndicione VJ^a^. die XVJ^a^ mensis iulij. Suprascriptum exemplum per me Nicolinum de corgnato. notarium infrascriptum sumptum ex originali priuilegio eiusdem domini henrici. romanorum imperatoris sigillo ipsius impresso. venerabili et Sapienti uiro domino guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et apostolice sedis gratia Episcopi astensis vicario. generali. insinuatum fuit et in eius presencia per me ipsum notarium et alios subscriptos notarios diligenter cum ipso autentico ipso domino vicario inspiciente ascultatum. Et cum ipse do-

---

sis (5) Jmperatoris *è in monogramma identico a quello del precedente di-*

Digitized by Google

minus vicarius utrumque cognouerit per ordinem concordare ut eidem Exemplo tamquam originali priuilegio prefa(c)to adhibeatur de cetero per quoslibet plena fides suam et episcopalis astensis [*auctoritatem*] interposuit et decretum. Actum in Castro baennarum presentibus Andreono de sancta victoria. Canonico Januensi. Georgio dondino de monteuico clerico sancti pauli astensis et Eusebio alamanno de cherio clerico. Taurinensis diocesis testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baenis inferioribus Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascriptum exemplum vna(a) cum infrascriptis Nicolino et Johanni. notarijs Ad autenticum priuilegium. dicti domini Jmperatoris et regis cum sigillo ipsius Jmpresso coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter abscultaui et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi et signo meo Consueto signaui

(S. T.) Et Ego Johannes. de gabiono de vignali. publicus Jmperiali. auctoritate notarius suprascriptum exemplum vna(a) cum Suprascripto Guillelmo et infrascripto Nicolino notarijs. ad auctenticum priuilegium dicti domini Jmperatoris et regis cum sigillo ipsius Jmpresso. Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter ascultaui. Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij. mandato in Eiusdem Exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi. Et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego. Nicolinus. de Corgnato de Baennis inferioribus Astensis diocesis. publicus Jmperiali Auctoritate notarius. suprascriptum Exemplum ex autentico priuilegio eiusdem domini imperatoris sigillo ipsius impresso fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia eiusdem domini vicarij inspicientis una cum Guillelmo et Johanni (*sic*) notarijs suprascriptis diligenter ac fideliter ad originale priuilegium prefatum legi et ascultaui. Et quia utrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij. mandato in eiusdem Exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi et signum meum apposui consuetum; (6)

CCCXV (1). [16 maggio 1153].

de predocha

DECIME

ANSELMUS EPISCOPUS ASTENSIS

Priuilegium Eugenij, in quo describuntur omnia Castra bona et iura pertinentia ad Episcopatum Astensem. Quod bonorum feudalium et decimarum lites per Judices ecclesiasticos tantum terminentur.

EUGENIUS episcopus seruus seruorum dei Venerabili fratri Anselmo

---

ploma. (6) *Qui finisce il* recto *del f. 100; il* verso *è in bianco.*

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 101 *r.* — C. Ediz.

Digitized by Google

Astensi Episcopo eiusque. successoribus regulariter substituendis IN PerPetuuM Jn eminenti sedis apostolice specula disponente domino constituti fratres nostros Episcopos fraterna Caritate debemus diligere et ecclesijs quibus domino militare noscuntur suam iusticiam conseruare. Eapropter venerabilis in xpisto frater Anselme episcope tuis iustis postulationibus. Clementer Annuimus et Ecclesiam sancte marie cui deo auctore preesse dignosceris sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona eadem Ecclesia inpresenciarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum. largicione Regum uel principum oblacione fidelium seu alijs iustis modis deo propicio poterit adipisci firma tibi tuisque successoribus. et per uos eidem Ecclesie illibata permaneant Jn quibus hec proprijs duximus exprimenda. uocabulis. Abbaciam sancti dalmacij de Pedona cum Castro. Curte et ualle iecij usque ad fenestras et plebe eiusdem loci cum omnibus ecclesijs ad se pertinentibus. Abbaciam sanctorum apostolorum. cum omnibus pertinencijs suis. Abbaciam sancti Anastasij cum suis pertinencijs. Abbaciam de Azano cum Castello et cappellis et omnibus pertinencijs suis. Abbaciam sancti xpistofori. plebem quadrigentinam cum Castro curte et ecclesijs ad se pertinentibus. plebem ouiliensem cum omnibus ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de Montaldo Cum ecclesijs ad se pertinentibus (2). plebem sancte marie in gran(n)a. cum castro curte et ecclesijs ad se pertinentibus. Pleb(b)em de alfiano Plebem de couatio. plebem de pisenzana. plebem de Mayrade. plebem de bagnasco. plebem de duodecino. plebem de masancia (3) cum omnibus Ecclesijs ad ipsas pertinentibus. plebem. sancti Julij. de lauegie cum curte castello et ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancti vincencij de marcellingo plebem de predoca. plebem de canalibus cum omnibus possessionibus et ecclesijs ad se pertinentibus plebem de nouelle. Cum Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de uicia cum ecclesijs Castro curte siluis et omnibus pertinencijs suis. plebem de gorena cum zenodochis et ecclesijs et pertinencijs suis atque busco qui dicitur. insula. sancti iohannis. plebem sancti petri de publice cum curte et omnibus ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de manciano

---

in Ughelli, *It. Sacra*, IV, 363. — D. Ediz. in Grassi, *Ch. di Montereg.*, II, 9, doc. iv. — E. Ediz. in Vassallo, *La chiesa de' SS. Apostoli*, 296, doc. v. — F. Ediz. in Migne, *Patrol. lat.*, CLXXX, 1594. — G. Ediz. parz. in Nallino, *Corso del Pesio*, 47 e 73.

(2) *In* D *manca il tratto da* plebem de montaldo *a* pertinentibus. (3) masancia *è corretto su* musancia (4) *L. V.*: larone iulliano *con segno d'abbre-*

Digitized by Google

cum ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de loualdeso cum curte et ecclesijs ad se pertinentibus Plebem de bagennis cum Castro curte silua banale et cunctis ecclesijs ad se pertinentibus. Plebem sancti petri in grado cum corte Castro Carruco. Capellis. siluis. et omnibus pertinencijs suis. Plebem de carissione. Cum castro Curte et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem Bredolensem cum curte castro et ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancti petri de uico. cum. Castro curte et capellis et eremitario sancti Ambroxij. quod dicitur monsaltus cum ferraria ualle. Causalia et castro riuobruzento usque ad cacumina alpium Plebem de bagennis superioribus cum curte castro. capellis. siluis. et Castro forfice usque in bismalta et cum Ecclesia sancti Stephani iuxta fontem brobij cum pertinencijs suis. plebem morocinam cum omnibus Ecclesijs ad se pertinentibus. Plebem sancti Albani cum Castro Curte. Ecclesijs molendinis et siluis. Castrum quod uocatur Altauilla cum curte et pertinencijs suis quicquid habetis in montemagno Castrum cortanseris cum pertinencijs suis. Caprile cum toto suo comitatu. Comitatum qui dicitur Serrelonge. siluam que dicitur populare cum Castris et uillis infra contentis. Ceresolas cum Castro et pertinencijs suis. Castrum Summerippe de bosco cum suis pertinencijs. Castrum Summerippe de paderno cum suis pertinencijs. Cairascum cum omnibus suis pertinencijs. Castrum quod dicitur Monsaltus. Comitatum pollencie. Comitatus ciuitatis et tocius episcopatus cum publicis fonctionibus et que largitione [imperatorum] Astensi Ecclesie racionabiliter collata esse noscuntur. Sanc(c)imus preterea ut omnes decimationes uestri episcopatus exceptis hijs que de laboribus suis quos proprijs manibus uel sumptibus excolunt monachis a sede apostolica indulte sunt. secundum sacrorum canonum instituta sine alicuius contradicione in uestra dispositione consistant. Quod si feudali consuetudine de decimis lites emerserint ecclesiastico tantum iudicio terminentur. liceat quoque uobis exactiones que sub pretextu feudi uel alia occaxione in ecclesijs fiunt a. laicis remouere. Jn parrochialibus uero ecclesijs quas in uestro episcopatu monachi seu regulares canonici tenent iuxta decretum predecessoris nostri felicis memorie. pape. urbani. presbiteros eligant et uobis presentent quibus si ydonei fuerint animarum curam uos debetis committere ut de plebis quidem cura uobis respondeant eis uero pro rebus temporalibus ad eorum loca pertinentibus dignam subiectionem exibeant saluis nimirum apostolice sedis priuilegijs. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre seu ablatas retinere minuere aut aliquibus uexactionibus fatigare. sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione et su-

Digitized by Google

stentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit. secundo tercioue conmonita si non satisfactione congrua emendauerit. potestatis honorisque sue dignitate careat. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri yhesu xpisti. aliena fiat. atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri yhesu xpisti quatenus et hic fructum bone accionis percipiant et apud districtum iudicem premia Eterna pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholice Ecclesie Episcopus Subscripsi (M)

+ Ego Conradus Sabinensis Episcopus Subscripsi + Ego Oddo diaconus. cardinalis sancti Georgij ad uelum. aureum Subscripsi. + Ego Jmarus tusculanensis episcopus subscripsi

+ Ego vuido diaconus cardinalis sancte marie in porticu subscripsi. + Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Nicolai iu carcere tulliano (4) Subscripsi ·,· + Ego hugo hostiensis episcopus subscripsi. + Ego Gregorius (5) presbiter Cardinalis. tituli Calixti subscripsi

+ Ego Guido presbiter Cardinalis tituli. beati Grisogoni (6) subscripsi

+ Ego Hubaldus presbiter Cardinalis tituli sancte praxedis subscripsi

+ Ego Manfredus presbiter Cardinalis tituli sancte Sauine. subscripsi

+ Ego Aribertus presbiter cardinalis tituli sancte Anastaxie subscripsi + Ego Guido presbiter Cardinalis tituli sancti pastoris Subscripsi. + Ego (*sic*)

Datum Rome apud sanctum. petrum per manum Rolandi presbiteri Cardinalis. ac Cancellarij. XVIJ. kalendas iunij Jndicione prima Jncarnationis dominice. Anno M°.C°.LIIJ°. pontificatus uero. domini Eugenij IIJ. pape. Anno VIIIJ°.

Jn nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo quinquagesimo tercio. Jndicione VI^a. die XVJ^a. mensis iulij Suprascriptum exemplum per me Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum ex originali priuilegio eiusdem domini pape. bulla plumbea in filis syricis pendente communito sumptum venerabili et sapienti viro domino. Guilleimo de bruxatis iuris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et apostolice. sedis gratia Episcopi Astensis vicario generali insinuatum fuit et [*per*] me ipsum notarium una cum notarijs infrascriptis ipso domino vicario inspiciente diligenter (7) Cum ipso autentico

---

viazione sulla prima parola, invece di carcere tulliano, *come esattamente sta scritto nel doc. seguente.* (5) *Cfr. doc. seguente.* (6) E: S. Gregorij (7) F. 101 *v.*

Digitized by Google

ascultatum. Et quia ipse dominus vicarius utrumque concordare per ordinem inuenit. ut eidem Exemplo tamquam originali priuilegio prefato adhibeatur de cetero per quoslibet plena fides. suam et episcopalis astensis auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro. Baennarum eiusdem domini Astensis episcopi presentibus. Andreono de sancta victoria Canonico sancte marie de vineis in Janua Georgio dondino de monteuico clerico sancti pauli astensis et. Eusebio alamanno clerico de cherio. testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascriptum exemplum vna(a) cum infrascriptis Nicolino et Johanni notarijs Ad autenticum priuilegium dicti domini pape bulla plombea in filis syricis pendente communitum coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter Abscultaui et quia vtrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui

(S. T.) Et Ego Johannes de gabiono de vignali. publicus Jmperiali. auctoritate notarius. suprascriptum exemplum vna(a) cum suprascripto Guillelmo. et infrascripto Nicolino notarijs. ad auctenticum priuilegium dicti domini. pape. bulla plumbea in filis siricis pendente communitum coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter ascultaui. Et quia vtrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij. mandato in eiusdem exempli testimonium Et plenam fidem me subscrips(s)i et Signo meo consueto signaui :

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus Astensis diocesis. publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascriptum. Exemplum ex originali priuilegio eiusdem domini. pape. bulla plumbea ipsius in filis siricis pendente more romane Curie bullato fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia supradicti domini vicarij inspicientis una cum Guillelmo et Johanne notarijs suprascriptis ad originale prefatum diligenter ac fideliter legi et ascultaui. Et quia utrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij. mandato in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi. cum apposicione signi mei consueti.

CCCXVI (1). [5 marzo 1154].

de predocha

ANSELMUS EPISCOPUS ASTENSIS

Priuilegium Anastasij in quo enumerantur Castra bona et iura spectantia ad Episcopatum Astensem. Lites feudales et decimarum Ecclesiastico iudicio terminentur

ANASTASIUS Episcopus seruus seruorum dei UEnerabili fratri Anselmo Astensi Episcopo eiusque Successoribus Regulariter substituendis

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 102 *r*. — C. Ediz. in PFLUGK-HARTTUNG, *Acta pont. roman. inedita*, III, 142, doc. 134. — D. Ediz.

Digitized by Google

IN PerPetuuM Quociens id ab Aliquo fratrum nostrorum deuocione debita postulamur quod ad quietem suam et tuitionem. commisse sibi Ecclesie pertinere dinoscitur. tanto ad concedendum debemus promciores existere. quanto de quiete prelatorum ac pace consistentibus sub eorum xpisti fidelibus maiores utilitates animarum et corporum. manifestum est prouenire (2) Quoniam igitur. venerabilis in xpisto frater Anselme episcope ad prauorum uiolenciam compescendam et commisse tibi Ecclesie bona integra conseruanda. nostro eam postulasti patrocinio communiri. Nos peticioni tue libenter Annuimus. Et prefatam Ecclesiam cui auctore deo presidere dinosceris. sub beati petri et nostra protectione. suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona eadem Ecclesia inpresenciarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largicione regum uel principum oblacione fidelium seu alijs iustis modis deo propicio poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus et per uos eidem Ecclesie illibata permaneant. Jn quibus hec proprijs duximus exprimenda uocabulis. Abbaciam sancti dalmaci de pedona cum Castro Curte et valle iecij usque ad fenestras et plebem eiusdem loci cum omnibus ecclesijs ad se pertinentibus. Abbaciam sanctorum apostolorum cum omnibus pertinencijs suis. Abbaciam sancti Anastaxij cum suis pertinencijs. Abbaciam de Azano cum Castello et capellis et omnibus pertinencijs suis. Abbaciam sancti xpistofori. plebem quadringentinam. cum Castro curte et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem ouiliensem cum omnibus ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de montaldo cum ecclesijs (cum) ad se pertinentibus. plebem de nante cum Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancte marie in grana. cum castro curte et ecclesijs ad se pertinentibus. Plebem de alfiano (3) cum (4) Ecclesia de orsench. plebem de couacio. plebem de pisenzana. plebem de mayrade. plebem de bagnasco. plebem de duodecino hospitale Coruelle cum sua canonica. plebem de mosanza cum omnibus Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancti Julii de lauegie cum curte Castello et ecclesijs ad se pertinentibus. plebem. sancti vicencij de marcellingo. plebem de predoca. plebem de canalibus cum omnibus possessionibus et ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de nouelle cum Ecclesijs ad se Pertinentibus. plebem de uicia cum Ecclesijs Castro Curte siluis et omnibus pertinencijs suis. plebem

---

parz. in Ughelli, IV, 365. — E. Ediz. parz. in Migne, *Op. cit.*, CLXXXVIII, 1042, doc. LI. — F. Ediz. parz. in Nallino, *Il corso del Pesio*, 73. — G. Jaffè, *Reg. pont. rom.*, 656. n. 6782.

(2) C: pervenire (3) *Segue espunto*: d (4) *L. V.*: dcū; C: dicta (5)

Digitized by Google

de Gorena cum xenodochis et tocius uille decimis et Ecclesijs et pertinencijs suis atque busco qui dicitur insula sancti iohannis. plebem sancti petri. de publice cum curte et omnibus Ecclesijs ad se pertinentibus Plebem de manciano cum ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de loualdeso cum curte et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de bagennis cum Castro Curte silua. banale et cunctis ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancti petri in gradu cum curte Castro carruco capellis siluis et omnibus pertinencijs suis. plebem de carissione cum Castro. curte et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem bredolensem cum curte Castro et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancti petri de uico cum curte Castro et capellis et Eremitario sancti Ambroxij. quod dicitur monsaltus. Cum ferraria. valle causalia. et Castro riuobruzento usque ad cacumina alpium. Plebem de bagennis superioribus cum curte castro. Capellis siluis. et Castro forfice usque in bismalto. et cum Ecclesia sancti Stephani iuxta fontem brobij cum pertinencijs suis. plebem morocinam (5) cum omnibus Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancti Albani cum castro Curte Ecclesijs Molandinis et siluis. Montem acutum cum Arimannis et pertinencijs suis. Medietatem sancti stephani cum suis pertinencijs. Castrum quod uocatur Altauilla cum curte et pertinencijs suis. et Ecclesia de corticellis. quicquid habetis in montemagno. Castrum cortanseris cum pertinencijs suis. Caprile cum suo comitatu. et Castro plagie Comit(t)atum qui dicitur serrelonge Castrum sancte victorie cum ecclesijs et omnibus suis pertinencijs. Siluam que dicitur popularis cum castris et uillis infra contentis. Ceresolas cum Castro et pertinencijs suis. Castrum summerippe de bosco cum decimis et suis pertinencijs. Castrum summerippe de paderno cum suis pertinencijs. Carascum cum suis pertinencijs. Castrum quod dicitur monsaltus. Comitatum et receptum pollencie Comitatum ciuitatis et tocius Episcopatus cum publicis functionibus et que largitione imperatorum Astensi Ecclesie racionabiliter collata esse noscuntur. Sanc(c)imus pre(p)terea ut omnes decimationes uestri Episcopatus exceptis hijs que de laboribus suis quos proprijs manibus uel sumptibus excolunt monachis a sede apostolica indulte sunt. secundum sacrorum canonum instituta sine alicuius contradicione in uestra dispositione consistant. Quod si feudali consuetudine de decimis lites emerserint. Ecclesiastico tantum iudicio terminentur. Hoc pre(p)terea Capitulo decreuimus inhibendum ut preter tuam aut successorum tuorum conscienciam et consensum nullus omnino in tuo episcopatu nouam Ecclesiam edificare presumat. Liceat quoque uobis exac-

---

morecinam (6) *Lo spaziato è in sopralinea.* (7) F. 102 *v.* (8) *L. V.* communitum.

Digitized by Google

tiones que sub pretextu feudi uel alia occaxione in Ecclesijs fiunt a laicis remouere. Jn parrochialibus uero ecclesijs quas in uestro episcopatu monachi seu regulares Canonici tenent iuxta decretum predecessoris nostri felicis memorie. pape vrbani presbiteros eligant et uobis presentent. quibus si ydonei fuerint animarum curam uos debetis committere. ut de plebis quidem Cura uobis respondeant. eis uero pro rebus temporalibus ad eorum loca pertinentibus dignam subiectionem exibeant. Saluis nimirum apostolice sedis priuilegijs. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre seu ablatas retinere minuere aut aliquibus uexactionibus fatigare sed omnia integra conseruentur. eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur. in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit. secundo tercioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri yhesu xpisti aliena fiat atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri yhesu xpisti quatenus et hic fructum bone Accionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. AMEN. Amen AMEN.

(R) Ego Anastasius. Catholice Ecclesie. Episcopus Subscripsi (M)

+ Ego Odo diaconus Cardinalis. sancti. Georgij ad uelum Aureum subscripsi.

+ Ego Guido diaconus Cardinalis Sancte marie in porticu subscripsi + Ego Odo diaconus Cardinalis Sancti Nicholai in Carcere. tulliano. subscripsi ·,· + Ego Gregorius presbiter Cardinalis. tituli Calixti subscripsi + Ego Guido presbiter Cardinalis tituli sancti grisogoni subscripsi. + Ego hubaldus. presbiter Cardinalis tituli sancte praxedis. subscripsi + Ego manfredus presbiter Cardinalis. t i t u l i (6) sancte Sauine subscripsi + Ego Aribertus presbiter Cardinalis. tituli sancte Anastaxie subscripsi

Datum Laterani per manum. Rolandi. sancte Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis. et Cancellarij. III. nonas. Marcij. indicione Secunda Jncarnationis dominice. Anno M°.C.LIII Pontificatus uero domni Anastasiij. IIIJ. Pape. ANNO. Primo.

+ Ego. Johannes presbiter Cardinalis Sanctorum Johan[*n*]is et P[*auli*] tituli Pamachii subscripsi ·,·

(7) Jn nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem. Millesimo Trecentesimo quin-

Digitized by Google

quagesimo tercio Jndicione vj^{a}. die xvj^{o}. mensis Julij. Suprascriptum. Exemplum per me Nicolinum de Corgnato notarium infrascriptum ex originali priuilegio eiusdem domini pape. bulla plumbea eiusdem in filis siricis pendente communito (8). sumptum. venerabili et sapienti viro domino Guillelmo de bruxatis iuris utriusque perito Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et apostolice sedis gracia. Astensis Episcopi vicario generali insinuatum fuit et in eius presencia per me ipsum notarium una cum infrascriptis notarijs ipso domino vicario inspiciente diligenter cum ipso originali ascultatum et cum ipse dominus vicarius cognouerit utrumque per ordinem. concordare ut eidem Exemplo tamquam ipsi originali adhibeatur de Cetero per quoslibet plena fides suam et episcopalis Astensis auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum dicti domini Astensis Episcopi presentibus. Andreono de sancta victoria. canonico. sancte marie de vineis in Janua. Georgio dondino de monteuico clerico Sancti pauli. Astensis. et Eusebio alamanno de cherio clerico testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascriptum exemplum. vna(a) cum infrascriptis Nicolino et Johanne notarijs Ad Autenticum priuilegium dicti domini pape bulla plombea in filis siricis pendente communitum Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter abscultaui et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui

(S. T.) Et Ego Johannes de gabiono. de vignali. publicus Jmperiali. auctoritate notarius Suprascriptum exemplum vna(a) cum suprascripto Guillelmo et infrascripto Nicolino. notarijs. ad Auctenticum priuilegium dicti domini. pape. bulla plumbea in filis siricis pendente bullatum. Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter ascultaui. Et quia vtrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij. mandato in eiusdem exempli plenam fidem. et testimonium me subscripsi Et signo meo consueto signaui.)

(S. T.) Et Ego. Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis diocesis publicus. Jmperiali Auctoritate notarius. suprascriptum Exemplum ex originali priuilegio dicti domini. pape. bulla plumbea ipsius in filis siricis more Romane Curie bullato fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia predicti domini vicarij. inspicientis una. cum Guillelmo et Johanne notarijs suprascriptis diligenter ac fideliter legi et ascultaui. Et quia utrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij. mandato in eiusdem Exempli plenam fidem et testimonium me cum signo meo consueto subscripsi ;

CCCXVII (1). *no[ta] de predocha* [20 dicembre 1156].

ANSELMUS EPISCOPUS ASTENSIS

POLENTIA

Ampliatio superiorum priuileg(g)iorum facta per Adrianum

ADRIANUS. Episcopus. Seruus Seruorum Dei Venerabili fratri Anselmo

Digitized by Google

Astensi Episcopo eiusque Successoribus Canonice (2) substituendis JN PerPetuuM (3) Jn eminenti specula disponente domino constituti fratres nostros episcopos tam uicinos quam longe positos debemus. fraterna caritate diligere et commissas sue gubernacioni Ecclesias a prauorum incursibus de propensius def(f)ensare. Quapropter. venerabilis in xpisto frater Anselme episcope ad prauorum uiolenciam compescendam et commisse tibi ecclesie bona integra conseruanda. nostro eam postulasti patrocinio communiri. Nos petitioni tue libenter Annuimus et prefatam ecclesiam cui auctore deo presidere dignosceris. sub beati petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones. quecumque bona Eadem Ecclesia inpresenciarum iuste et Canonice possidet (4) aut in futurum concessione pontificum. largicione regum uel principum oblacione fidelium seu alijs iustis modis prestante domino poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus et per uos eidem Ecclesie illibata permaneant. Jn quibus hec proprijs duximus exprimenda uocabulis. Abbaciam sancti dalmacij de pedona cum Castro Curte et ualle iecij. usque ad fenestras et plebem eiusdem loci cum omnibus. Ecclesijs ad se pertinentibus. Abbaciam sanctorum apostolorum cum omnibus pertinencijs suis. Abbaciam sancti Anastaxij cum suis pertinencijs. Abbaciam de azano cum Castello et Capellis et omnibus pertinencijs suis. Abbaciam. Sancti xpistofori. plebem quadrigentinam cum Castro curte et Ecclesijs ad se pertinentibus. Plebem ouiliensem cum omnibus Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de montaldo cum Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de Nante cum ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancte marie in grana cum Castro curte et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de alfiano cum Ecclesijs ad se pertinentibus. Et Ecclesiam de orsench (5) plebem de couacio. plebem de pisenzana. Plebem de mairade plebem de bagnasco. plebem [*de*] duodecino hospitale cornerie cum sua canonica plebem. de mosança cum omnibus Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem Sancti Julij de lauegia cum curte Castello et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancti vincencij de marcellingo. plebem de predocha. plebem de Canalibus cum omnibus possessionibus et Ecclesijs ad se pertinentibus plebem de nouelle. cum om-

(1) Fonti. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 103 *r*. — C. Ed. in V. Promis, *Doc. spettanti a tre monasteri d'Asti*, in *Misc. di st. it.*, XI, 431, doc. II. — D. Ed. in Bosio, *St. della Ch. d'Asti*, 514, doc. III. — E. Ed. parz. in Ughelli, *It. sacra*, IV, 365. — F. Ed. parz. in Nallino, *Corso del Pesio*, 73.

(2) C *e* D: catholice (3) *In* C *ed in* D *manca* Jn PerPetuuM (4) *L. V.*:

Digitized by Google

nibus possessionibus et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de vicia cum Ecclesijs Castro curte siluis et omnibus pertinencijs suis. plebem de gorena. cum xenodochiis et tocius uille decimis. Et Ecclesiis et pertinencijs suis atque bosco qui dicitur insula sancti iohannis. plebem sancti petri de publice cum curte et omnibus Ecclesijs ad se pertinentibus. Plebem de manciano cum Ecclesijs ad se pertinentibus plebem de loualdeso cum curte et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem de Baiellis (*sic*). cum Castro curte Silua banali et cunctis ecclesijs ad se pertinentibus plebem Sancti petri in gradu cum Curte Castro Carruco. Cappellis siluis et omnibus pertinencijs suis. plebem de carisciono cum Castro curte et Ecclesijs ad se pertinentibus. Plebem bredoliensem (6) cum curte castro et Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancti. petri de uico cum Castro curte et Cappellis. et heremitario sancti Ambrosij. quod dicitur monsaltus cum ferraria. valle causalia. et Castro riuobruzento usque ad cacumina alpium. plebem de Bagennis superioribus cum Castro curte cappellis siluis et Castro forfice usque in bismalto. Et cum Ecclesia sancti stephani iuxta fontem brobij cum pertinencijs suis. plebem morecinam cum omnibus Ecclesijs ad se pertinentibus. plebem sancti Albani cum Castro Curte ecclesijs Molandinis et Siluis. Montem acutum cum arimannis et pertinencijs suis. medietatem Castri sancti stephani cum suis pertinencijs. Castrum quod uocatur Altauilla cum curte et pertinencijs suis. Ecclesiam de corticellis. quicquid habetis in mo[*n*]te(m)magno. Castrum cortanseris cum pertinencijs suis. Caprile cum suo comitatu et Castro plagie. Comitatum qui dicitur serrelonge. Castrum sancte uictorie cum Ecclesijs et omnibus suis pertinencijs. Siluam que dicitur popularis cum Castris et uillis infra contentis. Ceresolas cum castro et pertinenciis suis. Castrum summerippe de bosco cum decimis et suis pertinencijs. Castrum Summerippe de paderno cum suis pertinencijs. Caraschum cum suis pertinencijs. Castrum quod dicitur monsaltus. Comitatum et receptum pollencie. Comitatum ciuitatis et tocius episcopatus cum publicis functionibus et que largitione Jmperatorum. Astensi ecclesie racionabiliter collata esse noscuntur. Sanc(c)imus preterea ut omnes decimationes uestri. Episcopatus. exceptis hijs quas de noualibus. proprijs manibus uel sumptibus excolunt. Religiosis viris. a sede apostolica indulte sunt secundum sacrorum (7) Canonum instituta sine alicuius contradicione in uestra disposicione consistant. Quod si feudali consuetudine de decimis lites emerserint Ecclesiastico tantum iudicio terminentur. Hoc preterea Capitulo decreuimus inhibendum. ut preter tuam aut successo-

---

possides (5) C *e* D: Orfench (6) *L. V:* bredolienēn (7) *In* L. V. *stava*

Digitized by Google

rum tuorum conscienciam et consensum nullus (8) omnino in tuo episcopatu nouam ecclesiam edificare presumat. Liceat quoque uobis exactiones que sub pretextu feudi uel alia occaxione in ecclesijs fiunt a laicis remouere in parrochialibus uero Ecclesijs quas in uestro episcopatu monachi seu regulares canonici tenent iuxta decretum predecessoris nostri felicis memorie. pape. vrbani presbiteros eligant et uobis presentent quibus si idonei fuerint animarum curam uos debitis committere ut de plebis quidem cura uobis respondeant. eis uero pro rebus temporalibus ad eorum loca pertinentibus dignam subiectionem exibeant. Saluis nimirum Apostolice sedis priuilegijs. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat. prefatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere. minuere. aut aliquibus uexa(c)tionibus. fatigare. sed omnia integra conseruentur. eorum pro quorum gubernacione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica. secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam. temere uenire temptauerit. secundo tercioue. commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a. sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu xpisti aliena fiat atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco (c)sua iura seruantibus sit pax. domini nostri ihesu xpisti quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis, inueniant. AMEN.
Amen AMEN.

(R) Ego Adrianus. Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi (M)

+ Ego Guido presbiter Cardinalis. tituli (9) Sancti Grisogoni subscripsi

+ Ego hubaldus presbiter Cardinalis. tituli. sancte parexedis subscripsi

+ Ego Julius presbiter Cardinalis tituli sancti. marcelli subscripsi

+ Ego Octauianus presbiter Cardinalis. tituli. Sancte Cecilie subscripsi

+ Ego Johannes presbiter Cardinalis. sanctorum Johannis et P[auli] tituli Pamachij subscripsi.

+ Ego Cencius portuensis et sancte Rufine Episcopus. subscripsi

+ Ego Otto diaconus Cardinalis. sancti georgij ad uelum aureum subscripsi

---

scritto sanctorum, *che venne ridotto a* sacrorum *colla cancellazione della* n *e la riduzione della* t *in* r (8) *L. V.*: nullum (9) *Lo spaziato è in sopra-*

Digitized by Google

+ Ego Guido diaconus Cardinalis. Sancte marie in porticu subscripsi

+ Ego Jacintus diaconus Cardinalis. sancte marie in Cosmidin subscripsi ·,·

+ Ego Jldebrandus diaconus Cardinalis Sancti heustachij subscripsi ·,·

DATum LATerani per manum. Rolandi sancte Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis et Cancellarij. XIIJ. kalendas Januarias. indicione. v. incarnacionis dominice. Anno. M°.C°.L°.VJ°. pontificatus uero domini Adriani pape. IIIJ. Anno tercio. ;

(10) JN nomine. domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem. Millesimo. Trecentesimo. quinquagesimotercio. Jndicione sexta. die. XVJ^a^. mensis iulij. Suprascriptum Exemplum per me Nicolinum de corgnato notarium infrascriptum. sumptum ex originali priuilegio eiusdem. domini. pape. ipsius bulla plumbea in filis siricis pendente communito. venerabili et Sapienti viro domino Guillelmo de bruxatis Juris utriusque perito. Reuerendi in xpisto patris domini Baldrachi dei et apostolice sedis gracia episcopi Astensis vicario generali insinuatum fuit et in eius presencia per me ipsum notarium una cum notarijs infrascriptis ipso domino vicario inspiciente diligenter cum ipso originali priuilegio Ascultatum. Et cum ipse dominus vicarius utrumque per ordinem inuenerit concordare ut eidem Exemplo tamquam originali adhibeatur de cetero plena fides. suam et episcopalis astensis [*ecclesie*] Auctoritatem interposuit et decretum. Actum in Castro Baennarum dicti domini Astensis episcopi presentibus Andreono de Sancta victoria canonico Sancte marie de vineis in Janua Georgio dondino de monteuico clerico Sancti pauli. Astensis et Eusebio Alamanno de cherio testibus uocatis et rogatis.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascriptum exemplum. vna(a) cum infrascriptis nicolino et Johanne notarijs Ad Autenticum priuilegium dicti domini pape bulla plombea in filis siricis pendente communitum coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter abscultaui et quod vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(S. T.) Et Ego Johannes de gabiono. de vignali. publicus Jmperiali. auctoritate notarius. Suprascriptum exemplum vna(a) cum Suprascripto Guillelmo et infrascripto Nicolino notarijs. ad auctenticum priuilegium. dicti domini. pape. bulla plumbea in filis siricis pendente communitum. Coram ipso domino vicario inspiciente diligenter ac fideliter Ascultaui. Et quia vtrumque concordare inveni. de ipsius domini vicarij. mandato in eiusdem Exempli testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i Et signo meo signaui consueto. ,

(S. T.) Et Ego Nicolinus de Corgnato de Baennis inferioribus. Astensis diocesis. publicus Jmperiali Auctoritate notarius. suprascriptum exemplum ex originali pri-

---

linea. (10) F. 103 *v.*

Digitized by Google

uilegio dicti domini pape. eius uera bulla plumbea. In fili(j)s siricis pendente more romane Curie bullato. fideliter. sumpsi. Et postmodum in presencia. supradicti domini vicarij inspicientis una cum suprascriptis Guillelmo et Johanne notarijs ad originale prefatum diligenter ac fideliter. legi et ascultaui. Et quia utrumque concordare inueni de ipsius domini vicarij. mandato in eiusdem. exempli plenam fidem et testimonium me subscripsi. Et signum meum apposui consuetum.)

CCCXVIII. [12 ottobre 1379].

(1) Franciscus episcopus Astensis

Mandatum ad lites

[J]n nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo tricentes(s)imo septuages(s)imo nono Jndictione secunda die decimoseptimo octubris. Actum in castro Baennarum inferiorum Astensis diocesis super lobia ipsius castri presentibus venerabili viro domino presbitero Ottino Archipresbitero Petro (2) Maraciorum Petro belengerio de gaurena et Jacobo belengerio de basignana testibus vocatis et rogatis. Quorum presencia ac mei notarij infrascripti. Reuerendus in xpisto pater et dominus. dominus Francischus dei et apostolice sedis gratia Episcopus Astensis et comes non propterea reuocando alium seu alios procuratores per ipsum dominum Episcopum hactenus constitutos sed potius eum et eos confirmando omni iure modo et forma quibus melius potuit fecit constituit et ordinauit presbiterum Alanum de ruella de francia presentem et mandatum huiusmodi. suscipientem suum et Astensis. Ecclesie verum nuncium et procuratorem in omnibus et singulis ipsius domini Episcopi Astensis et ecclesie Astensis causis litibus et questionibus tractandis et gerendis cum quibuscumque personis. comuni. collegio. et vniuersitate. et coram quocumque Judice ordinario uel delegato. Ad agendum et def(f)endendum. libellum et libellos dandum et recipiendum. exceptiones proponendum litem et lites contestandum. Juramentum calu[*m*]pnie. et cuiuscumque alterius generis sacramentum in animam ipsius domini Episcopi prestandum ponendum et positionibus respondendum. Testes Jnstrumenta et probationes quascumque producendum et alterius partis Jurare videndum. sententiam et sententias audiendum et ab eis et ipsarum qualibet appellandum. et appellationem prosequendum. Et ad quecumque negotia ipsius domini Episcopi et ecclesie Astensis gerenda et fatienda. Necnon ad offitium cuiuscumque Judicis. et ipsius Judicis iurisdictionem tam voluntariam

(1) F. 104 *r*. *A cominciare da questo foglio, la numerazione è fatta con cifre arabiche, mentre prima era in carattere romano. Manca la* J, *prima lettera dell'atto.* (2) *L. V*: Petre

Digitized by Google

quam contentiosam implorandum. Et demum ad omnia et singula alia faciendum et gerendum. que in predictis et predictorum quolibet fuerint neccessaria. vtilia. uel quomodolibet opportuna. et que iuris ordo et causarum merita postulant et requirunt. queue ipse dominus Episcopus. suo nomine et Astensis ecclesie in premissis omnibus et singulis et circha premissa et premissorum quodlibet facere posset si presens adesset. dans et concedens eidem Procuratori suo presenti in predictis omnibus et singulis suprascriptis et circha predicta et predictorum quodlibet plenam et liberam ac generalem administrationem et speciale mandatum Promittens ipse dominus Episcopus suo nomine et Astensis Ecclesie eidem procuratori suo presenti et stipulanti ac michi notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum aliorum quos presens tangit negocium uel tangere poterit in futurum se grata rata et firma habiturum perpetuo quecumque per ipsum procuratorem suum in predictis omnibus et singulis et circha predicta et quodlibet predictorum acta fuerint quomodolibet siue gesta. Et volens ipse dominus Episcopus. predictum procuratorem suum releuare ab omni onere satisdandi et ec(c)iam ipse procurator releuari volens. promixit michi notario infrascripto ut Supra recipienti de iudicio sisti et iudicato soluendo cum omnibus suis clausulis fideiubendo pro dicto procuratore suo erga me notarium iamdictum recipientem ut Supra in omnem casum et euentum satisdationis sub ypotheca omnium bonorum ipsius domini Episcopi et Astensis Ecclesie. Que proinde michi notario recipienti ut supra pignori obligauit. precipiens inde ipse dominus Episcopus de predictis per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

(S. T.) Ego Augustinus de ylia de casali publicus Jmperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis suprascriptis vna(a) cum supranominatis testibus presens interfui et sic scripsi et publicaui. et signum meum apposui consuetum in testimonium premissorum.

[H]ec sunt exempla quorumdam Priuilegiorum Jmperialium et papalium et quorumdam Jnstrumentorum et iurium et acquisitionum ad Reuerendum in xpisto patrem et dominum dominum.. dei gratia Episcopum Astensem et Astensem ecclesiam spectantium et pertinentium scriptorum manibus Tabellionum subscriptorum in ipsis priuilegijs et instrumentis. quorum priuilegiorum et instrumentorum tenores inferius describuntur et quorum priuilegiorum et Jnstrumentorum Exemplationum Sapiens vir dominus Anthonius de pontremulo in iure ciuili licentiatus. ac Reuerendi in xpisto patris et domini domini Francischi dei et apostolice sedis gratia Astensis episcopi vica-

Digitized by Google

rius generalis. ad petitionem presbiteri Alani de ruella de francia procuratoris prefati ipsius domini. Episcopi et procuratorio nomine eiusdem et Astensis ecclesie. de qua procura constat [per] publicum Jnstrumentum factum per me notarium antedictum. sub Anno natiuitatis domini MCCCLXXVIIIJ° die decimoseptimo octubris. michi Augustino de ylia de casali notario infrascripto ad eternam rei memoriam potestatem et bayliam dedit atque concessit.

CCCXIX (1). [26 gennaio 1041].

original(l)e habemus
nota de ripatico tanagri
de priocha

PETRUS EPISCOPUS ASTENSIS
DE FLUMINE TANAGRI

Ampliatio priuileg(g)iorum Ecclesie
Astensi per Henricum Jmperatorem facta.

(M) IN NOMINE SANCTE ET INDIUIDUAE TRINITATIS
HEINRICUS DIVINA FAUENTE GRA[TIA] REX.

Si preclaro retributionis premio ditatur. iuxta veritatis vocem qui sanctis locis deo dicatis sua concesserit. haut immerito prosperabitur. qui collata. ut sincere et tranquille a cultoribus dei ecclexiarum teneantur. sua auctoritate corroborauerit. quocircha om[*n*]ium sancte dei ecclesie fidelium nostrorumque presentium ac futurorum nouerit industria. quoniam Petrus Sancte Astensis ecclesie venerabilis episcopus nosterque non simpliciter dilectus nostram adiens excellentiam enix[*i*]us postulauit quatenus pro omnipotentis dei amore. animeque nostre ac nostri genitoris inclite memorie Chuonradi romanorum Jmperatoris remedio. omnia sue sacrosancte Astensi ecclexie in honore

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 106 r. — C. Ed. in *Jura civitatis Montisregalis* (Libro rosso). — D. Ed. in UGHELLI, *It. Sacra*, IV, 354. — E. Ed. in GRASSI, *Ch. di Montereg.*, II, 1, doc. I. — F. Ed. in SAN QUINTINO, *Oss. crit.*, II, 27, doc. 45. — G. Ed. in CAPPELLETTI, *Chiese d'Italia*, XIV, 97. — H. Ediz. in BOSIO, *Ch. d'Asti*, 509, doc. 2. — I. Ed. parz. in TERRANEO, *Adelaide illustrata*, II, 197. — L. Ed. parz. in *Risposte a)* e *b)* citate in nota al doc. CCCII. — M. Ed. parz. in NALLINO, *Corso del Pesio*, 73, colla data 1042, e 162, colla data 1041, e con quest'ultima data anche nel *Suppl. al Corso dell'Ellero*, 12 e 79. — N. Ed. parz. in DURANDI, *Delle antiche città*, § 85. — O. Ed. parz. in GIOFFREDO, *St. delle Alpi Maritt.*, in *M. h. p.*, IV, 328. — P. Ed. parz. in VASSALLO, *La chiesa de' SS. Apostoli*, I, 40. — Q. Ediz. parz. in MOROZZO, *Montereg.*, I, 104.

Digitized by Google

sancte virginis matris dicate a predecessoribus nostris tam Jmperatoribus quam ec(c)iam regibus atque Ab alrico (2) eiusdem astensis ecclesie episcopo. necnon a religiosis quibusque hominibus collata. nostra regali censura confirmare et corroborare dignaremur. Nos itaque eius domni scilicet Petri honorabilis episcopi multiplice probitate in mei patris augusti videlicet Jmperatoris nostrique seruitio sepissime desudasse per hoc nostre auctoritatis preceptum. tam in cultis quam in incultis locis omnes plebes et cortes castellum ec(c)iam [*veterem*] (4) (et) integre. ceteraque castella. villas. mansiones. necnon vtriusque sexus familias. domos quoque possessiones. integerrime ec(c)iam districtum et theloneum ipsius ciuitatis in circuitu. et circumquaque usque ad septem miliaria. atque tanagri fluminis omnem ripaticum et aquaticum. portus quoque nauium usque ad masium corte[*m*] habeat predicta ecclesia omni tempore ad transmeandum quicquid necesse. ibi omni homini fuerit. Siluam quoque de andona cum suis pertinencijs. Aliam siluam que dicitur aspera a ualle (3). que dicitur columbaria usque in rigo de andona. et usque in burbure cum suis adiacentijs et pertinentijs. Plebem sancti dalmatij de quadringento cum corte et castro et cum canonica eiusdem beatissimi martiris. quam specialiter precipimus ab omnibus esse obseruandam. et omnibus suis pertinencijs. Mercatum ec(c)iam et teloneum ad luminaria ipsius ecclesie. e t (5) Boschum quod dicitur linare.. et Boschum aulocia cum suis pertinentijs. Medietatem quoque de corte que dicitur Meyarina cum suis pertinencijs. et medietatem de fibline cum castro et capellis et omnibus pertinencijs. Medietatem de castro quod dicitur Bulgare et de corte cum capella. usque in granam cum suis pertinencijs. Medietatem de frasenedello cum castro et corte. et capella. et omnibus pertinencijs. Medietatem de ceneraria cum castello et capella. et corte(m) et omnibus pertinentijs. Medietatem de prodomiano cum corte et castro et capella et cum bellono famulo et filijs et filiabus suis et omnibus pertinencijs. et cum omnibus que fuerunt de iure Aldegardi in ocimiano in Gagliano in sarmatia cum corte de vigariso cum castro et capella et boscho. et cepas cum omnibus suis pertinencijs. Plebem de sancta maria in grana cum corte et castello et capella et omnibus suis pertinencijs cortem de Mirabello cum castro et capella. et boscho et omnibus suis pertinencijs. Medietatem de castelione cum castro et turrj edominicata et capella et boscho et omnibus suis pertinencijs. Cortem de quarto cum capella et boscho et omnibus suis pertinencijs usque in tanagrum. Abbatias ecciam unam sanctorum apostolorum cum cortibus et castris et villis. et omnibus

(2) *L. V.*: Abultico (3) *L. V.*: aualla (4) *Cfr. doc.* CCCXXIII. (5) *Lo*

Digitized by Google

siluis cunctisque suis pertinencijs. Monasterium de aiano Sancti Bartholomei cum castello et capellis et boscho. et omnibus suis pertinencijs. Abbatiam. sancti Anastaxij martiris cum curte. cella. camariano. et capella. et cum castro celerengo cum capella et corte. et silua. cum cella Sancti. Stephani iuxta fonte[*m*] Brobij cum omnibus suis pertinencijs. Ecclesiam Sancti petri de castellione cum corte et castello. et Boscho. et omnibus pertinencijs. Castellum de celle cum omnibus que fuerunt de iure Berardi (de) corticella[*m*] que dicitur platio cum omnibus pertinencijs. corte[*m*] de hercule cum capella et omnibus pertinencijs usque in tanagrum. Castrum. Jnsula cum corte et capellis. et boscho. et omnibus pertinencijs. Sparoaria cum castro et corte et capella et boscho et molandinis a duodesimo usque ad camarianam et omnem ripaticum ex utraque parte. Roca sancti genisij cum capellis. et siluis. et insula ducali. et omnibus pertinencijs. cortem meciago. et Montem leducij cum castellis et capellis. et omnibus pertinencijs. Castrum de Gouone cum corte et capellis et siluis cum duobus molandinis. et omnibus pertinencijs. corte Teglole sancte Marie cum castro et capellis. et planum sancti michael(l)is. et montem Baldecherij cum boscho et omnibus pertinencijs. Plebam (*sic*) sancti Julij de lauegie cum corte et castello et capella. Siluam ec(c)iam. de bleso integre et [*cum*] omnibus suis pertinentijs. cortem de gorzano cum castro et capellis. et siluis. et omnibus pertinencijs. Plebem Sancti victoris de predocha cum canonica. et quartam partem de castro. ipsius. et de corte cum capellis. et omnibus pertinencijs Plebem Sancti Johannis de villa cum senodochijs. titulis et capellis et omnibus pertinencijs cum boscho qui dicitur insula sancti Johannis. Plebem Sancti vi[*n*]centij de marcellengho cum corte et castro capellis Siluis Montedolio et omnibus pertinentijs. Plebem sancti victoris de canalibus cum canonica et domo alta (*sic*) canonicorum et omnibus pertinencijs. Plebem de nouelle cum titulis et omnibus pertinencijs. Plebem Sancti Martini de vitia cum corte castris capellis. Siluis. quinque partes castri de pulciano cum capella Siluis. et omnibus pertinencijs. Medietatem de castelloaynaldo cum capella. Siluis et omnibus pertinencijs. Plebem Sancti Petri de publice cum canonica integre seruanda. cum terra quam dedit Liprandus. et omnibus pertinencijs (6) siluam. ec(c)iam celere que popularis dicitur cum omnibus pertinencijs. Plebem de duodexino cum titulo solberigo stodegarda vualfenaria porcilo et interriso et in ceredo gunterj omnia que sunt iuris Sancte marie cum suis pertinencijs. cortem cerisiole cum capellis et siluis. et omnibus pertinencijs. Ecclesiam sancti poncij de monticello cum corte et castro. et capellis et boscho cum terra que dicitur ca-

Digitized by Google

sale. et t[*ur*]ricella de amphoriano et omnibus pertinencijs. Plebem de mantiano et cortem de meyane. castro et capellis et omnibus pertinencijs. Plebem Sancte marie de gallicie (7) cum titulo. Sancti Cassiani et monte maglano et omnibus pertinencijs. Plebem. Sancti Quirici de uulconice cum titulo Sancti martini et cum marascho cum titulis de ciliano et rocheta usque in eleza et cosina et omnibus pertinencijs. Plebem Sancte Marie de loualdexo cum canonica et titulo et omnibus pertinencijs. cortem costeliole cum castello et capellis et siluis et omnibus pertinentijs. Plebem sancti petri de vico. cum castro et corte. et capellis. et heremitarium (8) Sancti Ambroxij. quod dicitur monsaltus cum feraria cum valle causalia cum molandinis piscationibus usque ad cacumina alpium. Castrum de louezanige cum omnibus ad se pertinentibus. valle de maldania cum castro et capella et omnibus pertinencijs. Plebem Sancte marie de bagennis cum corte et castro muris circundato et aqueductu et omnibus terris. Sil(l)uam e(c)ciam banale habentem per mensuram iugera centummilia. cum extimatione legiptima. cum villis que sunt in circuitu sancte marie. Leucum. titulum et castellum pertinentem de plebe baennis que sunt per mensuram iugera trigintamilia a trifolido usque in bosum usque ad cacumina alpium. cum Abatia Sancte marie de narzolis cum ecclesia Sancti Gregorij de villa cum terris cultis et incultis. montibus. et planiciebus usque in sturia[*m*]. Ecclesiam sancte Marie in cerualia habentem iugera sexcenta. et Salmadorium cum integritate montis cum omnia terra que circa ipsum montem esse videtur habente iugera mille septuaginta. Cortem Sancti Albani cum castro et capellis molandinis Siluis usque in blismalta. Plebem Sancte marie de pedona cum canonica. Abatiam Sancti dalmacij cum valle de gexij usque ad fenestras. Rocha Coruaria et Rubulando et Aluergnando vsque ad montem cornium. Plebem Baenne superioris cum castro. corte capellis Siluis usque in blismalta. Cortes plaucium et Carugo cum castris et capellis siluis et omnibus ad se pertinentibus. plebem Sancte marie de carischione (*sic*) cum titulo nigello cum castro et capellis cum titulo de moduleto et omnibus pertinencijs. Omnia ecciam iura bredulensis comitatus et publicas functiones cum seruis et ancillis. cum plebe corte et castro capellis cum omnibus villis et castellis terris ec(c)iam cultis et incultis que dici aut nominari possunt inter tanagrum et sturiam. Omnia e(c)ciam aliquo instructionis titulo hactenus donata et collata seu tradita predicte sancte Astensi(s) ecclesie a quibuscumque hominibus concedimus donamus confirmamus et corroboramus vna(a) cum vineis campis

---

spaziato è in sopralinea. (6) F. 105 *r*. (7) *L. V.*: galline (8) *L. V.*:

Digitized by Google

pratis pascuis zerbis montibus vallibus collibus. planiciebus siluis insulis frascharijs Buscharijs stalareis ripis rupinis aquis aquarumque decursibus molandinis piscationibus omnia cum omnibus rebus que dici uel nominari possunt a[d] predictam Episcopi[j] sedem pertinentibus per hoc nostre confirmationis preceptum de nostro et regni iure. in prefate Astensis ecclesie ius et dominium omnino transfundimus et delegamus ut deinceps et in posterum habeat teneat firmiterque possideat iure proprietario omnium hominum contradictionis inquietudine remota. statuentes nostra regali auctoritate Jubemus ut deinceps nullus dux. Marchio. comes vicecomes. sculdascio et Gastaldius. aut nullus rei publice exactor. seu quelibet (9) magna paruaque regnorum nostrorum persona prefatum Episcopum domnum scilicet Petrum eiusque successores de predictis plebibus et cortibus omnibusque rebus mobilibus et immobilibus disuestire molestare. aut inquietare sine legali iudicio presumat. Sed liceat sancte dei ecclesie. eiusque vicariis (10) quiete et pacifice omnia tenere regere et gubernare. cuiuslibet hominis molestia et contradictione remota. Si quis igitur quod non credimus temerarius huius nostri precepti (11) violator extiterit sciat se compositurum auri optimi libras mille medietatem camere nostre. et medietatem sancte Astensi ecclesie. Et ut firmius credatur et diligentius ab omnibus obseruetur Manu propria supter roborantes anul(l)i nostri impressione iussimus insigniri.

SIGNUM DOMNI HEINRICI TERCII (M) REGIS INCLITISSIMI

KADELO(N)US CANCELLARIUS UICE HERIMANNI ARCHIEPISCOPI ET ARCHICANCELLARII RECOGNOUIT.

Datum VII kalendas februarij Anno dominice incarnacionis MXLI Jndicione VIII (12) Anno domini HEINRICI tercij regis Ordinationis uero XIII Regni. II. Actum in aquisgrani palatij feliciter. AMEN feliciter AMEN.

(13) (S. T.) Et Ego Petrinus Belengerus de gaurena Astensis diocesis publicus Jmperiali Auctoritate notarius Suprascriptum exemplum cum Jnfrascriptis Johanne morissy de monteuico dicto Anino. Et Augustino de ylia. de cassali notarijs ad originale priuilegium dicti domini Jmperatoris Cum sigillo ipsius Jmpressum (*sic*). Coram ipso domino vicario diligenter ac fideliter as(s cultaui Jpso domino vicario Jnspiciente Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato Jn eiusdem exempli testimonium et plenam fidem Me subscripsi et signo meo solito signaui

---

heremitaru (9) *L. V.*: qualibet (10) *L. V.*: sancta dei ecclesia. eiusque vicarios (11) *L. V.*: preceptum (12) *Se non errò il notaio a scrivere* VIII *invece di* VIIII, *si tratterebbe qui di un secondo caso d'indizione pasquale in doc. d'Asti. Cfr.* M. h. p., Ch., I, 89-91, *doc.* LVI, *e* CIPOLLA, Di Audace, *p. 6. In questo caso il doc. andrebbe riferito al 1042.* (13) F. 105 *v.*

Digitized by Google

(S. T.) Et Ego Johannes morissy dictus Aninus de monteuico publicus Jmperiali Auctoritate notarius suprascriptum exemplum. Cum Suprascripto Petrino et Jnfrascripto Augustino de ylia de cassali notarijs ad originale priuilegium. dicti domini Jmperatoris Cum sigillo ipsius impressum (*sic*) Coram Jpso domino vicario diljgenter ac fideliter Ascultaui Jpso domino vicario Jnspiciente Et quia vtrumque Concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i et signo meo consueto signaui

(S. T.) Et Ego Augustinus de ylia de casali publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascriptum exemplum ex originali priuilegio dicti domini. . Jmperatoris ipsius Sigillo impresso fideliter sumpsi et postmodum in presencia ipsius domini vicarij inspicientis vna(a) cum petrino et Johanne notarijs suprascriptis cum ipso auctentico priuilegio diligenter ac fideliter legi et as(s)cultaui. et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini. . vicarij Mandato in eiusdem exempli plenam fidem et testimonium me subs(s)cripsi. et signo meo consueto signaui.)

CCCXX (1). [10 giugno 806].

STAURACUS EPISCOPUS ASTENSIS

Donatio Ludouici Imperatoris facta Ecclesijs hic expressis

JN NOMINE SANCTE ET INDIUIDUE TRINITATIS HUDOICUS DIUINA CLEMENCIA JMperator. Sincere voluntatis ac perfecti desiderii remuneracio sic confertur. multo magis operantibus et perseuerantibus credimus gloria et recompensatio utriusque felicitatis quod debetur sicut dominus dicit. pro vno quidem inquid munere quisque centuplum accipiet. et insuper quod melius est vitam eternam possidebit. Proinde nos HUDOICUS JMPERATOR gratia dei superna et permansura viribus conctis totoque desiderio absque vlla dil(l)actione Appetens quoniam breuis est vita mondi huius satis. et gaudium labil(l)e. honorare conuenienter. sublimare ingenter. augere potenter dei Ecclesias nostri imperij sub regimine constitutas Desiderans regni nostri pro pace et anime nostre mercede ob interuentum assiduum dulcissime Jmperatricis et coniugis nostre JNGILBERGE (2) et nostri fide(l)lissimi Stauracis presulis Astensis precipue ecclesie Sancti victoris de

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 105 r. — C. Ed. in UGHELLI, *It. sacra*, IV, 337 seg. — D. Ed. in CIPOLLA, *Appunti st. Asti*, 183, segg. — E. Cenno in F. A. DELLA CHIESA, *Cronol. hist.*, 161.

OSSERVAZ. — La data del documento è impossibile, e il documento stesso ha per lo meno subito forti alterazioni. Probabilmente si tratta di una manipolazione di un diploma autentico di Lodovico III del 901.

(2) INGELBERGE *è in lettere grosse.* (3) D, *invece di* in integrum, *ritiene si*

Digitized by Google

canalibus. et ecclesie Beati Petri de nouellis et ecclesie Sancti Martini de uitia. et ecclesie Sancti Johannis de villa. et ecclesie Sancti petri de publice in integrum (3) que omnes sunt plebes Astensis ecclesie tradimus Damus omnem terram et omne nemus quod dicitur cellar sicut diffinitum est per suos terminos. vt salua itaque et inuiolabilis datio nostra permaneat. et quod volumus et permittimus fixum consistat presentibus. videlicet domno Archiepiscopo hermano et episcopis Johanne (4) Vuezo et Rodecardo et Staurace atque Rozolino nostro signo subter confirmando insigniri Jussimus. Si autem quilibet. Archiepiscopus Princeps. dux Marchio. Comes. vicecomes. aut cuiuslibet potestatis vir incola nostri regni cupiditate mordaci nostrum datum ullo modo infringere minuere aut auferre voluerit. centum libras auri optimi componat medietatem camere nostre. et alteram medietatem prefatis Plebibus. Et insuper excomunicationem et anathema quam prescripti Archiepiscopus et Episcopi vna(a) cum centum septuagintaduobus bene religiosis presbiteris Clericis Abbatibus Monachis. nostram ante presenciam san(c)xerunt scilicet ut fiant dies eius pauci et episcopatum eius accipiat alter. fiant filij eius orfani et vxor eius vidua. Orationes eius non (5) exaudiantur. nec propicietur ei Deus in tristicia. sit cum dolore usque in tempora nouissima. morte iniquorum moriatur non describatur (6) in libro(rum) sanctorum. et terra[*m*] viuentium non ingrediatur. cum dathan et Abiron. et Juda traditore in inferno teneatur. semper habeat. et teneat. possideat. Qui autem corroborauerint [*et*] adiuuerint habeant benedictionem a patre et filio et spiritu sancto. et a Beatissima Maria. et a Sanctissimo victore et glorios(s)o Petro Principe apostolorum. et venerando confessore xpisti Martino. atque Sanctissimo Johanne et Sancto Petro et omnium Sanctorum. Angel(l)orum. Archangel(l)orum. thronorum. dominationum principatum. potestatum. Cherubin. Seraphin. ac omnium beatorum spirituum. Qui (7) legunt et audiunt. Affirmando dicánt fiat fiat.

SANCTISSIMUS CANCELLARIUS ARNULEUS ARCHIEPISCOPUS ET NOTARIUS HOC DESCRIPSIT

SIGNUM DOMNI HVDOICI JMPERATORIS (M) ROMANI INUICTISSIMI ATQUE PIISSIMI

Data IIII° idus iunij Anno dominice incarnationis. DCCCVJ Anno autem Domini HVDOICI VII (M)

Actum Papie in Dei nomine feliciter AMeN ·;·

---

tratti solo di « segni cancellati che simulano lettere e possono essere stati fatti col solo scopo di raggiungere il fine della riga ». (4) D : sol (5) *L. V.* : non non aud (6) F. 106 *r.* (7) *L. V.* : Cui

Digitized by Google

(S. T.) Ego Jacobus Bouiculus Sacri Palatij Notarius Auctenticum Huius exempli uidi et legi et sicut in eo continebatur ita in isto scripsi preter litteras plus minusue. et formas earumdem.

Ego Guido notarius palatinus autencticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur ita in isto subscripsi preter litteras plus minusue et formas earumdem (S. T.)

Ego Eustachius notarius sacri palacij auctenticum huius [exempli] vidi et legi et sicut in eo continebatur ita in isto subscripsi. preter litteras plus. minusue et formas earumdem (S. T.)

CCCXXI (1). [4 gennaio 1157].

Priuilegium concessum monasterio Beate Marie in loco Caramagne

[A]DRIANUS EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI: UENERABILI FRATRI ANSELMO ASTENSI Episcopo. Salutem et apostolicam benedictionem. Que a predecessoribus nostris Romanis pontificibus racionabili prouidentia fiunt. in sua volumus stabilitate persistere. et ne futuris temporibus immute[*n*]tur nostro ec(c)iam munimine roborentur. Beate siquidem marie Monasterium quod in loco Caramagne situm est sub apostolice sedis defensione ac dispositione consistit. et ad eius ius ex antiqua oblatione cognoscitur pertinere. Jpsius ergo meliorationi et recuperationi ex apostolice sedis prouisione operam Jmpedentes. tibi carissime frater et coepiscope Anselme. tuisque catholicis successoribus ad exemplar felicis memorie. pape. Calisti predecessoris nostri eumdem locum committimus. vt in eo vices nostras agas in Abbatissarum ordinationibus et consecrationibus. in sororum benedictionibus. in Ecclesie. uel Altarium consecrationibus. et in ceteris episcopalibus administrationibus. Saluo nimirum in omnibus iure ac reuerentia romane (2) Ecclesie. et censu aurei vnius singulis annis lateranensi palatio persoluendo. Jdem enim monasterium. sicut religiosorum fratrum relatione didicimus in spiritualibus. et temporalibus. admodum diminutum est. et per vestram potissimum industriam. in statum meliorem. cohoperante domino re-

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 106 *r*. — C. Ediz. in UGHELLI, *Italia sacra*, IV, 365. — D. Ediz. in PATRUCCO, *Carte ab. Caram.*, in questa *Bibl. Soc. St. Subalp.*, XV, 82, doc. VII, dall'UGHELLI. — E. Reg. in IAFFÈ, *Reg. pont. rom.*, 668, doc. 6965, colla data 1157.

OSSERVAZ. — Adriano IV fu eletto papa il 5 dicembre 1154; perciò l'anno III del suo pontificato incomincia solo il 5 dicembre 1156. È dunque errato l'anno di questa bolla, che va ritardata al 1157, in cui correva infatti l'Ind. V.

(2) F. 106 *v*. (3) vestra *è corretto su* nostra (4) *L. V.*: offitij *è cor-*

Digitized by Google

formari. et a prauorum hominum potest infestatione defendi. Nulli ergo omnino hominum facultas sit sepedictum Monasterium a uestra (3) prouisione atque administratione subtrahere. aut quod a nobis statutum est temeritate qualibet remouere. sed vices nostras in omnibus prout superius dictum est ad honorem dei et animarum nostrarum salutem. et loci exterius. et interius augumentum. et meliorationem. libere per dei graciam peragatis. Si quis autem aduersus hanc nostram commissionem. audaci temeritate proruperit. honoris et offitij (4) sui periculum patiatur. aut excomunicationis ultione plectatur. nixi presumptionem suam digna satisfactione correxerit.

(R) Ego ADrianuS CAtHoLice EccLesie Episcopus subscripsi (M)

Ego octo diaconus cardinalis sancti georgij ad uelum aureum subscripsi.

+ Ego manfredus presbiter cardinalis tituli. sancte sauine. subscripsi.

+ Ego Guido diaconus cardinalis. Sancte marie in porticu subscripsi .·.

+ Ego ymarus Tusculanensis episcopus ·,· subscripsi ·,·

+ Ego Jacintus diaconus cardinalis. Sancte marie in cosmydyn subscripsi

+ Ego Cencius (5) portuenSiS et Sancte ruphine episcopus. subscripsi :· ,

+ Ego Odo diaconus Cardinalis Sancti Nicolai Jn carcere tul[*l*]iano subscripsi ·,·

+ Ego Octauianus presbiter cardinalis tituli sancte cecilie subscripsi :,

+ Ego Ard[icio] sancti theod[ori] Diaconus cardinalis subscripsi ·,

+ Ego Johannes presbiter Cardinalis Sanctorum Johannis et P[auli] tituli pamachij subscripsi ·,·

+ Ego Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani. subscripsi

Datum laterani per manum Rolandi Sancte Romane ecclesie. presbiteri cardinalis et Cancellarij. II. nonas. Januarias Jndictione. v. Jncarnationis Dominice. Anno M°.C°.L°.VJ°. Pontificatus uero domini Adriani. pape. IIIJ. Anno tercio ·,·

(S. T.) Et Ego Petrinus belangerus de gaurena astensis diocesis publicus Jmperiali Autoritate notarius Suprascriptum exemplum vnaa cum Jnfrascriptis Johanne morissy dicto Anino de monteuico et Augustino de ylia de cassali notarijs ad autenticum priuilegium dicti domini pape bulla plumbea in filis syricis pendente communitum Coram ipso domino vicario Jnspiciente diligenter ac fideliter ascultaui Et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij Mandato Jn eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscrips(s)i. et signo meo consueto signauj.

---

retto su offitium (5) *L. V.:* Lincius, *ma cfr. doc.* CCCXVII (6) F. 107 *r.*

Digitized by Google

(S. T.) Et Ego Johannes morissy dictus Aninus de monteuico publicus Jmperiali autoritate notarius Suprascriptum exemplum vna(a) Cum Suprascripto Petrino et Jnfrascripto Augustino notarijs ad autentichum priuilegium dicti domini pape bulla plumbea in filis siricis pendente communitum Coram ipso domino vicario Jmspiciente diligenter ac fideliter abscultaui et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem me subscripsi et signo meo consueto signaui.

(6) (S. T.) Et Ego Augustinus de ylia de casali publicus Jmperiali auctoritate notarius suprascriptum exemplum ex originali priuilegio eiusdem domini pape bulla plumbea ipsius in filis siricis pendente more romane curie bullato. fideliter sumpsi. Et postmodum in presencia supradicti domini.. vicarij inspicientis. vna(a) cum petrino et Johanne notarijs suprascriptis. ad originale prefactum diligenter ac fideliter legi et asscultaui. et quia vtrumque concordare Jnueni de ipsius domini vicarij mandato in eiusdem plenam fidem et testimonium me subscripsi cum appositione signi mei consueti.

CCCXXII. [11 aprile 1389].

FRANCISCUS EPISCOPUS ASTENSIS

Mandatum ad lites

JN NOMINE domini Amen Anno natiuitatis eiusdem. Millesimo Trecentesimo Octuagesimo nono Jndicione duodecima die vndecimo mensis Aprilis. Actum in domo Episcopali Ciuitatis Astensis presentibus presbitero Andrea tana rectore ecclesie sancti petri de viarixio Astensis diocesis presbitero petro de panzardis de clastidio (1) placentinensis diocesis Michaelle de costegloleis et Annino morixij de monteregali testibus vocatis et rogatis Quorum presencia et mei notarij infrascripti. Reuerendus in xpisto pater et dominus dominus. francischus dei et Apostolice sedis gracia Episcopus Astensis et comes non propterea reuocando alium seu alios procuratores per ipsum dominum Episcopum hactenus constitutos sed pocius eum et eos confirmando omni iure modo et forma quibus melius potuit fecit constituit et ordinauit. venerabilem virum dominum Anthonium chachairanum Canonicum dicte Astensis Ecclesie Absentem tamquam presentem suum et Astensis Ecclesie verum nuncium et procuratorem in omnibus et singulis ipsius domini Episcopi et Astensis ecclesie causis litibus et questionibus tractandis et gerendis. cum quibuscumque personis Comuni collegio et vniuersitate et coram quocumque Judice ordinario vel delegato. Ad agendum et deffendendum. libellum et libellos dandum et recipiendum. Exceptiones proponendum litem et lites contestandum Juramentum

(1) *L. V.*: clastilio (2) *Segue cancellato:* prestandum ponendum et posi-

Digitized by Google

calumpnie et cuiuslibet alterius generis sacramentum in animam ipsius domini Episcopi prestandum ponendum et posicionibus respondendum. Testes instrumenta et probaciones quascumque producendum et alterius partis iurare videndum. (2) sentenciam et sentencias Audiendum et ab eis et ipsarum qualibet appellandum et Appellacionem prosequendum Et ad quecumque negocia ipsius domini Episcopi et Ecclesie Astensis gerenda et facienda. Necnon ad officium cuiuscumque Judicis et ipsius Judicis iurisdicionem tam voluntariam quam contenciosam implorandum. Et demum generaliter ad omnia et singula alia faciendum et gerendum que in predictis et predictorum quolibet fuerint neccessaria et quomodolibet opportuna et que iuris ordo et causarum merita postulant et requirunt. queue ipse dominus Episcopus suo nomine et Astensis ecclesie in premissis et circha premissa et premissorum quo[*d*]libet facere posset si presens adesset Dans et concedens eidem procuratori suo licet Absenti in predictis et circha predicta et quo[*d*]libet predictorum plenam et liberam Ac generalem Administracionem et speciale mandatum Promittens Jpse dominus Episcopus suo nomine et Astensis Ecclesie eidem procuratori suo licet Absenti Ac michi notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti nomine et uice omnium et singulorum aliorum quos presens tangit negocium vel tangere poterit in futurum se perpetuo grata et firma habiturum quecumque per ipsum procuratorem suum in predictis et (3) circha predicta et quodlibet predictorum Actum fuerit quomodolibet siue gestum Et volens ipse dominus Episcopus dictum procuratorem suum Rel(l)euare ab omni onere satisdandi promixit michi notario predicto vt supra recipienti de Judicio sisti et Judicato soluendo cum omnibus suis clausulis fideiubens erga me iamdictum notarium recipientem ut supra (de iudicio sisti et Judicato soluendo) (4) in omnem casum et euentum satisdacionis sub ypotecha omnium bonorum ipsius domini Episcopi et Ecclesie Astensis. que proinde michi iamdicto (5) notario recipienti ut supra pignori obligauit Renuncians noue constitucioni de principali prius conueniendo et omni alij iuri. Precipiens inde dictus dominus Episcopus (6) suo et dicto nomine per me notarium infrascriptum de predictis fieri publicum instrumentum.

(S. T.) Et Ego Guillelmus cunibertus de baennis inferioribus diocesis Astensis publicus Jmperiali Auctoritate notarius predictis omnibus et singulis vna cum suprascriptis testibus interfui et sic scripsi et publicaui cum apposicione signi mei consueti in testimonium veritatis:

---

cionibus respondendum (3) *L. V.*: et et (4) *Segue cancellato*: cum omnibus suis clausulis (5) *L. V.*: iam michi dicto (6) *Segue cancellato*: per

Digitized by Google

CCCXXIII (1). [26 gennaio 1041 e 5 aprile 1311].

nota de ripaticu tanagri

GUIDO EPISCOPUS PRINCEPS NOSTER

Confirmatio supradictorum priuileg(g)iorum facta ab Henrico Rege

HEINRICUS dei gracia Romanorum Rex Semper Augustus. vniuersis Sacri Romani imperij fidelibus presentes literas inspecturis graciam suam et omne bonum. Accedens ad nostre maiestatis presenciam venerabilis Guido Astensis (2) Episcopus. Princeps noster dilectus nobis humiliter supplicauit quatenus priuilegium infrascriptum confirmare de benignitate nostra dignaremur. Cuius priuilegij tenor talis est. Jn nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus diuina fauente gracia Rex. Si preclaro retributionis premio ditatur iusta ueritatis uocem qui sanctis locis deo dicatis sua concesserit Aut inmerito prosperabitur. qui collata ut sincere et tranquille a cultoribus Dei ecclesiarum teneantur sua Auctoritate conrob[*or*]auerit. Quocirca omnium sancte dei Ecclesie fidelium nostrorum presencium Ac futurorum nouerit industria. quoniam. P[etrus]. sancte Astensis Ecclesie venerabilis Episcopus nosterque non simpliciter dilectus nostram Adiens Excellentiam Enixius postulauit quatenus pro omnipotentis Dei Amore animeque nostre Ac nostri genitoris inclite memorie Conradi Romanorum imperatoris remedio omnia sua Auctoritate sacre Astensi Ecclesie in honore sancte uirginis marie dicate a predecessoribus nostris tam imperatoribus quam eciam regibus Atque Ab Alrico eiusdem Astensis Ecclesie (3) Episcopo necnon a Religiosis quibusque hominibus collata nostra regali censura confirmare et corroborare dignaremur. Nos itaque eius domini petri honorabilis Episcopi multiplice(m) probitate in mei patris Augusti videlicet Jmperatoris nostrorumque seruicio sepissime desudasse per hoc nostre Auctoritatis preceptum tam in cultis quam in incultis locis omnes plebes et cortes Castellum eciam ueterem integre ceteraque Castella villas mansos necnon utriusque sexus familias domos quoque possessiones. integer[*r*]ime eciam districtum et Theloneum ipsius Ciuitatis in circuitu et circumquaque usque ad septem miliaria atque tanagri fluminis omnem ripaticum et aquaticum portus quoque nauium usque ad ma(n)sium corte[*m*] habeat predicta Ecclesia

(1) FONTI. — A. L'orig. manca. — B. Copia in *L. V.*, f. 107 *v.* — C. Ed. parz. in NALLINO, *Corso del Pesio*, 37. — E. Ed. parz. in BERTANO, *St. di Cuneo*, II, 427, doc. 915.

(2) ido Ast *è in scrittura moderna.* (3) eiusdem Astensis Ecclesie *ha un*

Digitized by Google

omni tempore ad transmeandum quicquid necesse ibi omni homini fuerit. Silua[*m*] quoque de Andona cum suis pertinencijs aliam siluam que dicitur Aspera a ualle (4) que dicitur columbaria usque in Rigo de Andona et usque in burbure cum suis adiacencijs et pertinencijs. Plebem sancti dalmacij de quadringento cum corte et Castro et cum canonica eiusdem beatissimi Martiris quam specialiter precipimus ab omnibus esse obseruandam et omnibus suis pertinencijs. Merchatum eciam et Theloneum ad (5) luminaria ipsius Ecclesie et Boscum quod dicitur linare et boscum Aulocia cum suis pertinencijs. Medietatem quoque de corte que dicitur meglarina cum suis pertinencijs. et Medietatem de fibline cum Castro et capellis et omnibus pertinencijs Medietatem de Castro quod dicitur Bulgare et de corte cum Capella usque in grana cum suis pertinencijs. Medietatem de fraxenedello oum Castro et Corte et Capella et omnibus pertinencijs. Medietatem de ceneraria cum Castello et capella et corte(m) et omnibus pertinencijs. Medietatem de prodomiano cum corte et Castro et capella et cum Bellono famulo et filijs et filiabus suis et omnibus pertinencijs et cum omnibus que fuerunt de iure Aldegardi in ocimiano in Gaglano in Sarmacia cum (6) corte(m) de uigariso cum Castro et capella et bosco et cepas cum omnibus suis pertinencijs Plebem de sancta Maria in grana cum Corte et Castello et Capella et omnibus suis pertinencijs. Cortem de Mirabello cum Castro et Capella et bosco et omnibus suis pertinencijs. Medietatem de Castellione cum Castro et Turre domnicata et Capella et bosco et omnibus suis pertinencijs. Cortem de quarto cum capella et bosco et omnibus suis pertinencijs usque in tanagrum. Abbacias eciam vnam sanctorum Apostolorum cum cortibus et Castris et uillis et omnibus siluis cunctisque suis pertinencijs. Monasterium de Azano sancti Bartholomei cum castello et capellis et bosco et omnibus suis pertinencijs. Abbaciam sancti Anastaxij martiris cum corticella Camariano et Capella et cum Castro Cellaringo cum capella et (7) Corte et silua cum cella sancti Stephani iuxta fontem. brobij cum omnibus suis pertinencijs. Ecclesiam sancti Petri de Castellione cum corte et Castello et bosco et omnibus pertinencijs. Castellum de Celle cum omnibus que fuerunt de Jure Belardi. Corticellam que dicitur placio cum omnibus pertinencijs Cortem de Ercule cum capella et omnibus pertinencijs usque in tanagrum Castrum insula cum corte et Capellis et bosco et omnibus pertinencijs. Sparoaria cum castro et corte et capella et bosco et Molendinis a duodesimo usque ad camarianum et omnem ripaticum ex utraque parte. Rocha sancti Genixij cum capellis et siluis et insula

---

segno recente di espunzione. (4) *L. V.*: aualla (5) *L. V.*: de (6) *L. V.*:

Digitized by Google

ducali et omnibus pertinencijs. Cortem Meciago et Montem ledutii cum Castellis et Capellis et omnibus pertinencijs. Castrum de Gouono cum corte et capellis et siluis cum duobus Molendinis et omnibus pertinencijs. Cortem Teglole sancte Marie cum castro et capellis et planum sancti Michaellis et Montem baldecherij cum bosco et omnibus pertinencijs. Plebem sancti Julii de lauegie cum corte et Castello et capella Siluam eciam de bleso integre et [*cum*] omnibus suis pertinencijs. Cortem de gorzano cum Castro et capellis et siluis et omnibus pertinencijs Plebem sancti victoris de predocha (8) cum canonica et quartam partem de Castro ipsius et de corte cum capellis et omnibus pertinencijs. Plebem sancti Johannis de uilla cum synodochijs titulis et capellis et omnibus pertinencijs cum bosco qui dicitur insula sancti Johannis. Plebem sancti vincencij de Marcellingo cum corte et Castro Capellis siluis Montedolio (9) et omnibus pertinencijs Plebem sancti victoris de Canalibus cum canonica et domo culta (10) canonicorum et omnibus pertinencijs. Plebem de nouello cum titulis (11) et omnibus pertinencijs. Plebem sancti Martini de vicia cum corte Castris Capellis siluis. quinque partes Castri de polciano (12) cum capella siluis et omnibus pertinencijs. Castrum de CastelloAynaldo cum capella siluis et omnibus pertinencijs. Plebem sancti Petri de publice cum canonica integre seruanda cum terra quam (13) dedit liprandus et omnibus pertinencijs. Siluam eciam celere que de populatis (14) dicitur cum omnibus pertinencijs. Plebem de duodecimo cum titulo Selberigo Stodegarda uualfenaria (15) porcile et interiso et in cerredo guncerij. omnia que sunt iuris sancte Marie cum suis pertinencijs. Cortem Ceresiole cum capellis et siluis et omnibus pertinencijs. Ecclesiam sancti poncij de monticello cum corte et Castro et capellis et bosco cum terra que dicitur Casale et turricella de anphoriano et omnibus pertinencijs. Plebem de Manziano et cortem de meane (16) Castro et capellis et omnibus pertinencijs. Plebem sancte Marie de Gallicie cum tituli sancti Cassiani et Monte maglano et omnibus pertinencijs. Plebem sancti Quirici de uulconice cum titulo sancti Martini et cum marasco cum titulis de Ciliano et Rocheta usque in Eleza et cosina et omnibus pertinencijs. Plebem sancte Marie

---

in (7) *Lo spaziato è in sopralinea.* (8) de predocha *è nel margine.* (9) Montedolio *è nel margine.* (10) *Invece di* culta *nel doc.* CCCXIX *leggesi* alta (11) F. 108 *r.* (12) *Con segno d'abbreviazione sulla prima* o *e su parte della* p (13) *L. V.:* que (14) que, is, *sono scritti con altro inchiostro; sembra che prima vi fosse* depopulata; *nel doc.* CCCXIX *la selva è detta* popularis, *che ha lo stesso significato di* de populatis, *ma è forma più frequente.* (15) *L. V.:* uualfornaria (16) *L. V.:* merane; *ma la* r *è espunta da mano*

Digitized by Google

de loualdiso cum canonica et titulo et omnibus pertinencijs Cortem de Costeliole cum Castello et Capellis et siluis et omnibus pertinencijs Plebem sancti Petri de vico cum Castro et Corte et Capellis et hermitarium sancti Ambroxij quod dicitur Monsaltus cum ferraria cum valle causalia cum Molendinis piscationibus usque ad cacumina alpium. Castrum de louezanigo cum omnibus ad se pertinentibus valle de maldania cum Castro et Capella et omnibus pertinencijs. Plebem sancte Marie de bagennis cum corte et Castro muris circumdato et Aqueductu et omnibus terris siluam eciam bannale habentem per mensuram Jugera centum milia cum estimacione legit(t)ima cum uillis que sunt in circuitu sancte Marie leucum titulum et Castellum pertinentem de plebe baiennis que sunt per mensuram iugera (17) triginta milia a trifolido usque in boscum usque ad cacumina alpium cum Abbacia sancte Marie de Narzolis cum Ecclesia sancti Gregorij (18) de uilla. cum terris cultis et incultis Montibus et planiciebus usque in sturiam. Ecclesiam sancte Marie in Ceruaria habentem iugera Sexcenta et Sarmadorium cum integritate montis cum omni terra que circha ipsum Montem esse videtur habente iugera mille septuaginta. Cortem sancti Albani cum Castro et Capellis Molendinis siluis usque in blismalta Plebem Sancte Marie de pedona cum Canonica. Abbaciam sancti Dalmacij cum ualle de gexij usque ad fenestras Rocha coruaria et Ribolendo et Aluergnando usque ad montem cornium. Plebem Baienne superioris. cum Castro corte Capellis siluis usque in blismalta Cortes plaucium et Carrugo cum Castris et Capellis siluis et omnibus ad se pertinentibus. Plebem sancte Marie de Carasione cum titulo nigello cum Castro et Capellis cum titulo de moduleto et omnibus pertinentibus. Omnia eciam Jura bredolensis Comitatus et publicas func(c)iones cum seruis et Ancillis cum plebe corte et Castro capellis cum omnibus uillis et Castellis terris eciam cultis et incultis que dici aut nominari possunt inter tanagrum et sturiam. Omnia eciam Aliquo instructionis titulo hactenus donata et collata seu tradita predicte sancte Astensi Ecclesie A quibuscumque hominibus Concedimus donamus confirmamus et corroboramus vna cum vineis campis pratis pascuis Gerbis montibus vallibus collibus planiciebus siluis insulis frascarijs buscarijs stalareis ripis ripinis aquis aquarumque decursibus Molendinis piscacionibus omnia cum omnibus rebus que dici vel nominari possunt ad prefa(c)tam Episcopij sedem pertinentibus per hoc nostre confirmacionis preceptum de nostro et regni iure in prefacte Astensis Ecclesie ius et dominium omnino transfundimus et delegamus ut deinceps et

---

recente. (17) iugera *è nel margine.* (18) *L. V.*: Girgorij (19) *L. V.*:

Digitized by Google

in posterum habeat teneat firmiterque possideat iure proprietario omnium hominum contradicionis inquietudine remota Statuentes nostra regali Auctoritate iubemus. vt deinceps nullus dux Marchio Comes vicecomes sculdascio Gastaldius aut ullus rei publice exactor seu quelibet (19) magna paruaque Regnorum nostrorum persona Prefa(c)tum Episcopum dominum scilicet Petrum eiusque Successores de predictis plebibus et cortibus omnibusque rebus mobilibus et immobilibus disuestire mol(l)estare aut inquietare sine legali iudicio presumat Sed liceat sanctam dei ecclesiam eiusque vicarios quiete et pacifice omnia tenere regere et gubernare cuiuslibet hominis molestia et contradicione remota Si quis igitur quod non credimus temerarius (20) huius nostri precepti violator extiterit sciat se compositurum auri optimi libras Mille. medietatem camere nostre et medietatem sancte Astensi Ecclesie Et ut firmius credatur et diligencius ab omnibus obseruetur manu propria subter roborantes Anuli nostri impressione iussimus insigniri. Signum domini Henrici tercij regis inuictissimi (M) Kadeło(n)us canzellarius vice hermanni Archiepiscopi et Archicanzellarij Recognouit. Datum. VIJ. kalendas februarij Anno dominice (21) incarnacionis Millesimo quadragesimo. J. Jndicione octaua Anno domini Henrici tercij Regis ordinacionis vero XIIJ° Regni. IJ. Actum in Aquisgranj palacij feliciter Amen feliciter Amen

Nos itaque prefacti Episcopi supplicacionibus annuentes predictum priuilegium et omnia in eo contenta prout rite et prouide concessa sunt et tradita ratificamus et eciam Aprobamus ac nichilominus illa necnon et alia bona dictorum Episcopi et ecclesie Specialiter autem Castra de maglano. de Cisterna de Baldeseto de pauchapalea de sancta uictoria de monteacuto de Sancto Stephano de bastita de peueragni de forfice Bouixii Mirabelli Corsembraudi de playa et de morocio Ac Castrum Montismagni cum omnibus Juribus et pertinencijs suis sicut ea iuste ac pacifice obtinuerunt eisdem Episcopo et Ecclesie Auctoritate regia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre ratificationis approbationis et confirmacionis paginam infringere uel ei in aliquo ausu temerario contraire Si quis autem hoc Atemptare presumpserit graue indignationis nostre offensam et penam superius expressam se nouerit incursurum Jn cuius rei testimonium presentes literas nostre maiestatis sigillo iussimus communiri Signum domini Henrici (M) Romanorum regis Jnuictissimi. Datum Mediolani Nonas Aprilis Anno domini Millesimo Trecentesimo vndecimo Jndicione nona regni vero nostri Anno

---

qualibet (20) temerarius *è nel margine.* (21) *L. V*: domence (22) Jmpe-

Digitized by Google

tercio Ego frater henricus Tridentinus episcopus Sacre et Jmperialis (22) Aule Canzellarius vice domini heinrici coloniensis Archiepiscopi sacri Romani Jmperij per Ytaliam Archicanzellarij Recognoui

(23) Jn nomine domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo octuagesimonono Jndicione duodecima die duodecimo Aprilis. Actum in domo Episcopali Astensi presentibus Raynerio buneo domenico Argardo ciuibus Ast et presbitero Andrea tana de cherio rectore ecclesie sancti petri de viarixio Astensis diocesis testibus vocatis et rogatis. Venerabilis vir dominus Obertus de montealto. de grazano Juris vtriusque peritus Canonicus Astensis. Reuerendi in xpisto patris et domini domini francisci dei et Apostolice sedis gracia Astensis Episcopi vicarius generalis. Ad instanciam et requisitionem venerabilis viri domini Anthonij CHAchayrani prepositi dicte Ecclesie Astensis procuratoris et procuratorio nomine dicti domini Episcopi ut constat per publicum instrumentum factum per me Guillelmum cunibertum notarium sub eisdem Anno et indicione die. xj mensis Aprilis. Precepit et comissit michi Guillelmo prefacto quatenus Ad eternam rei memoriam exemplarem et transcriberem suprascriptum priuilegium scriptum manu notarij ut supra in ipso descripti ut eidem exemplo siue transcripto tamquam originali. priuilegio Adhibeatur per quoslibet et de cetero plena fides cuius priuilegij tenor superius proxime describitur. Quo exemplo siue transcripto ex originali priuilegio predicto sumpto per me Guillelmum notarium iamdictum Et eidem domino vicario sub eisdem Anno et indicione die xiiij Aprilis presentibus domino Johanne de salucijs Oddino basso de Aglano petro de riuo de Cunicho ac Anselmo corada de rocha azani Jnsinuato et in eius presencia per me ipsum notarium vna cum notariis infrascriptis ad ipsum Autenticum Abscultato Quia ipse dominus vicarius Jnuenit et cognouit vtrumque per ordinem concordare in eiusdem exempli testimonium et plenam fidem suam et episcopalem Astensem auctoritatem interpos(s)uit et decretum. (24)

---

